collumela appellatur, autor Collumella est. Veruntñ filij isti iam versi sunt in canes, & modo famē patiuntur vt
Psal.15. canes, & mendicant micas panis ad ianuā diuitis, populi videlicet ex gētibus, nec tñ accipiunt pecca-
Luce.16. tis suis obstātibus Actu.15. At illa dixit. Etiā domine, nam & catelli edunt demicis quę
caduntde mensa dñorū suorū. Marcus autē. Catelli comedūt sub mensa demicis pue
rorū. Rogote amice lector, quis iudęorum huiusmodi cōuitio nō fuisset nō dico iritatus, sed canis mo
re in rabiē exagitatus? Ac mulier intelligens quis esset, quo cum loquebatur, nec recusat canis cognomē
nec dolet iudęos filiorum noie honorari, sed dominos in super eos appellās, & amplectēs dominū respō
sum quod prima frōte cōtumelią prę se ferre videbatur: vnde videtur repelli, ansam arripit ne possit oio
dimitti vacua. Sint inquit illi filij sint & oues, sint domini: num propterea nos vel in numero seruorū
mercenariorum & canum nō repones? Si in numero mercenariorū me constituis, mercenarij tui omnes F
Prouer.5. abundāt panibus. Luc.15. Si in numero seruorum, omnes serui tui vestiti sunt duplicibus. Si in numero
canū, iuxta verbū tuum fiat mihi. Iā vacua nō recedā a mēsa, & canes pascuntur cum gregibus. Cum
Figura. canibus sedebo ad pędes domini, dicā audacius, sedebo cum Maria. Luce.10. Ibiq; pascar de micis tuis
Ruth.2 domine mi. Memēto domine Aui tui Booz, qui vacuā Ruth vnā ex maioribus tuis, abire nō tulit, sed
proijcite (inquit ad messores) de industria ex manipulis vr̄is, vt absq; rubore colligat. Etiā si vobiscum
metere voluerit, ne prohibeatis eā. Messem tuā filijs seruā & ouibus & pueris, ego micis contenta sum
& apluda quia canis sum. Verūtamē micę istę mactati pręferūtur, excludunt enim eternam famē. Hie-
Hierony rony. Scio me nō mereri panē filiorum, nec integros posse capere cibos, nec sedere ad mēsam cum patre
sed cōtēta sum reliquijs catulorum, reliquijs filiorū vel puerorum, vt per humilitatē micarum ad panis
Destupore integri veniā magnitudinē. Ipi qui sunt boues pleno ore in arca saginentur, mihi satis est si dignet vel
Isaac Scot manipulo vno ex area tua. Ego sum illa Ruth quę sequor vestigia messorū tuorū, greges ouiū tuarum G
A. Disti. 30 vacua veni, vacuā a facie tāti pastoris abire nō expedit tibi, qui audis inuocātes coruos. ps. 146. Num
q. 1, P. vnā tm̄ habes benedictionē? Et mihi obsecro vt benedicas. Cumq; eiulatu inquit magno fieret, volens
Gene. 27. nolēs, in pinguedine inquit terrę & rore cęli erit benedictio tua. Habes igitur hic ipsum Esau, qui pro-
Figura. pter improbitatem suam accepit quod alias nō erat accepturus, benedictionē breuē quidem verbis, sen
Chrysost. tēcia incōprehensibilē. Quid est enim ros cęli & terrę pinguedo, nisi verbū caro? Hec est benedictio co
Iudi. 1 lata gētibus: Etiā inquit dñe. Chrysost. Nō ignoro quin hec necessaria alimēta iudęis seruāda sint. Ve
runtñ si canis sum, cur vetor a colligēdis micis? Fortassis olim sub mensa pīs mei. 7c. Reges amputatis
pollicibus micas colligebāt, nunc nutante fortuna, canum more micas bellariorū habemus vice. Hoc in
quit habeo pro magna gratia: in numero canū esse, & nō ab aliena sed a propria mēsa comedere do-
minātes. Hanc enim grām Ammonitę & Moabitę nō sunt consequuti: de quibus dixisti Deut. 23. Isti
nō intrabunt in ecclesiā in eternum. De maioribus autē meis quid prępecpisti? Oino exterminādos esse
de terra, sicut dictum est in principio capitis huius. Ceite inquit dñe. Verum dicis, prorsus verum dicis,
canis sum, sed tua sum qualis qualis. Sed canes admodū necessarij sunt ouibus seruādis, dicēte vno ex so
dalibus tuis, eoq; in prędędis luporū incursibus oculatissimo, in pascēdis ouibus peritissimo. Scio q
post discessum meū intrabunt in ouile lupi multi & graues & rapaces, & si forte abfuerint canes: dor-
miēt: bus pastoribus, actū est de ouibus. Canē igitur si me agnoscis, pasce velut canē de sur furibus ca-
Actu. 10. num tuorum. Tūc respōdens Iesus ait illi, O mulier magna est fides tua. Marcus. Propter hunc sermonē vade: Matthęus: fiat tibi sicut vis. Ecce diploma principis copiosissimū, Mar-
Matth. 15. cus. Exijt dęmoniū a filia tua. Et cū abijsset domū, inuenit puellā iacentē supra lectū
& dęmoniū exisse, & sanatā ex illa hora. Magna est fides tua. Magna eius prudēria, quia ve-
chananęa. rū medicum quę fuit, sapiētissime respōdit, moderata est verba sua, nec indignatur in aliorū laudibus,
aut tristatur: aut cōtradicit verbis christi: sed ex verbis eius occasionē arripit loquēdi audacius, nec seri
Anacepha tia: quia in domo rogat, obsecrat in via, adorat, instat: replicat: fide velut patrono suggerēte ÿba. Ma-
Leosis gna pacientia, cū vocatur canis: & ipsa catellā se agnoscit, vnde oblatat: blādientis loqns affectu, cum
didit, etiā domine, nā & catelli, vocat inimicos dominos: quos dñs filios vocauit. Magna fides, qua cre
Dauid vocat. Credidit denicq; verbis christi dicētis: vade: & sicut credidisti &c. Sine fide autē impossi-
Fides. bile est placere deo. Heb 11. Vnde directe tota prędicatio christi & gesta eius fuerūt propter introducē-
dam & plātādā fidē in corde credētium. Ioan. 20. Hęc autē scripta sunt: vt credētes &c. Hierony. O mi-
Hierony. ra rerum conuersio. Israel quondā filius, nos canes: sed pro diuersitate fidei ordo noīum cōmutatur. Sic
Petrus primū quidē audit, Beatus es Simō, & secundo, vade post me satana. Itaq; vt sciremus silentiū
domini ex rōne tęporis nō ex voluntatis difficultate profecisse: adiecit: O mulier: mulierē vocans quam
Augustiō. canē appellarat. Augustinus. Quare nō dixit: o canis? Mutauit igitur christus vocabulum, quia muta
Iacobi. 2 tum vidit eius affectum. Neq; enim laudauit in ea fidem qua etiā dæmones credunt. Quod autē toties
Chrisosto. exulcerata est, forte fuit: quia nō pro se rogabat, sed pro filia, neq; pro peccatorū remissione, sed pro cor
poris sanitate. Peccatorum enim remissionē si peteret, statim audiret, fiat tibi sicut vis. Nā iuxta Chry
sosto. Beneficia corporalia differt deus rogātibus dare, peccatorū remissionē si ex corde petis, cre-
de te accepisse. Peccauī domine, Dñs transtulit peccatū tuum. Magna ergo quāsi gratis donat: parua
Ambrosiō aliquādo negat. Dedit nobis vnica lachryma redimere mortē eternā, tēporalem nō item. Statutum est
semel mori. Ambro. Ergo regnum cœlorū vim patitur. Vere enim hec regnū coegit, pertinax in prēcibus
sapiēs in respōsis: fidelis in verbis. Prętereuntē reuocat, tacētem rogat: excusantē adorat, negātē inclinat.

Vidisti

Vidisti fidē humilitatem, & patiētiā eius? Per fidē credidit, per pacientiā perseuerat in prece, p humilitatē se catulis cōparat. Denicq; dicēte dño, nō licet mittere canibus panē filiorū, illa potes inquit si velis. An nō licet tibi facere quicquid velis? An oculi Iudęorū nequā erunt (quid tua refert) si bonitatē feceris cum vna ex ancillis tuis ex caniculis tuis? Quicquid enim feceris bonum est, quia velle non potes nisi optima. Magna est inquit fides tua. Propter hunc sermonem quo toties repulsa per ostiū iusticię, reuersa es per ianuam clementię, scias factum esse sicut vis. Amon enim dæmonium exijt a filia tua. Sic mulier fragilis funiculo triplici, quasi p crenas inflexit dei clementiam. Credidit igitur mulier sermoni dñi, eoq; rursus adorato, benedictione percepta, domum reuersa, inuenit puellam sanę mētis factam iam ex spelunca latronum templum spiritus sancti, vt par est credere. Vere ergo scriptum est, quicquid orantes petitis: credite, quia accipietis. Marci. Cap. 11.

A

Caput. iiij. De quodam surdo & muto q uem sanauit dominus missis in aures digitis: & tacta lingua eius saliua sua, & precepit dominus ne cui vulgarent miraculum: cuius tamen pręceptum omnino non seruauerunt sed vbiq; prędicabant famam & potentiam Christi.

B

ITem cū transisset inde Iesus, venit per sidonē ad mare Galilęę, inter medios fines decapoleos. Matthęus, & ascendēs in mōtē sedebat ibi. Et accesserūt ad eum turbę multę habētes secū mutos, cęcos claudos debiles & alios multos, & proiecerūt eos s ad pedes eius & curauit eos. Marcus. Adducūt aūt ei surdū & mutū, & deprecabantur eum: vt imponat illi manum. Et apprehendens eū de turba seorsum, misit digitos suos in auriculas eius, & expuens, tetigit linguam eius: & suspiciens in cęlum, ingemuit. & ait illi effetta, quod est, adaperire. Cū igitur hoc vnico signo veluti iacto apud gentes vnico grano euāgelici seminis: sed furtim vt prędictū est, iter suum dñs remetiretur, regressus ad mare Galilęę, itinere facto per regionē de capoleos, de qua dictum est Matth. Cap. 4. Versus finem, antęq; mōtē cōscenderet, adducūt ei quorū intererat miserandū spectaculū, hoiem videlicet surdū & mutū cōsequitur enim mutū esse, qui natura surdus est. Et forte iste nō propter pcta sua talis fact? est, sed vt manifestaretur potētia dñi Iesu in eo, qui & loquitur ad Mosen. Quis fecit os hois? Quis fabricatus est mutū & surdum, videtē & cęcum? Nōne ego? Ad hunc igitur plastem in cuius manu sumus sicut lutū q in manu figuli, adducitur hō iste surdus & mutus, vt restituat vas cōfractum in pristinā formā, eā vcq; de qua scriptum est, inspirauit in faciē eius spiraculū vitę, & factus est hō ad imaginem & similitudinē dei. At qui deus & audit & videt & loquitur. Quomō enim nō loquitur, qui fecit os hois? Quomō nō audit, qui fabricatus est surdum & audentē? Adducūt igitur ei hoiem truncū potius q; hoiem, ad eum qui potest, & vult, & gratis donat quod rogatur, & cui nihil est impossibile. Et deprecabātur vt imponat illi manū. Siquidē manus illę tornatiles & potestate plenę formauerunt primū vas illud totum in circuitu, sicut testatur Iob, super rotā quandā iuxta Hiere. Ca. 18. Rota autē hęc omnia cōdita sunt sucperquę iuxta prophetam homo cōstitutus fuerat, dicente scriptura, faciamus hoiem, vt prę sit oibus. Genes. 1. Vide ergo vas dissipatum, cui velle adiacet: perficere aūt nō potest. Rom. 7. Nā si voluntas in hoie libera nō est, sed captiuus ducitur quo nō vult: vere cōparatur iumētis, & similis factus est illis. Videns inquit se cōcepisse prolē cuius manus cōtra omnes: cōtēnit dñam suam. Hō surdus velut aspis ad bona: ad mala alter Midas mutus cū tps est loquēdi, alias in ore eius facile reperies tres ordines dentiū. Tāta est aūt dei bonitas, vt pro fide aliorum alijs medeatur, sicut fides cananeę profuit filię domi nēti. Poterat aūt dominus vnico verbo sanitati restituere hunc miserū hoiem, qui alias sola voluntate aquā in vinum cōuerterat, sed maluit facere quod rogabatur. Cur enim tangere hoiem detrectaret, qui tactu suo fugarat lepram? Qui hoiem e limo plasmarat? Pōt aūt cōgrue dici (siquidē oīs christi actio nostra est instructio) q; nō absq; mysterio, hunc priusq; sanaret, primū a turba subduxit. Secūdo digitos in aures immisit. Tertio saliua linguam eius tetigit. Quarto in cælū suspexit. Quinto ingemuit. Sexto estote apertę aures dixit, vt septimo loco sanitas cōsequeretur. Quē ergo simul & semel sanare poterat paulatim curat vt magnitudiuē humanę infirmitatis ostēdat, quę vix & quasi p gradus ad sanitatem redeat. Et grām suā nobis indicat, per quā singula pfectionis incremēta adiuuat. Expuens ergo, linguā tetigit (sicut alias oculos cęci nati) quia linguam nr̄am & p inutilibilia diuine pietatis dona & p ostensa foris sacramēta assumptę humanitatis abstersit. Ita dicit Theophy, Expuit dñs, vt ostēderet omnes partes carnis suę sanctas ac diuinas esse, adeo vt sputū solueret linguę vinculū, eā & si superfluitas sit omne sputū, sed in dño admirabilia erāt oia ac diuina. Quod igitur primum eum a turba subducit, hoc significat quod de cananęa scriptum est, a finibus illis egressa est. Et illud, dissimulāte Loth, apprehenderūt angeli manū eius & vxoris ac duarū filiarū, eo q; parceret dñs illi, eduxerunt q; eū extra ciuitatē ibiq; loquuti sunt ei dicētes. Salua aīam tuam: noli respicere post tergū, ne pereas in omni circa regione sed in mōte saluum te fac. Vade cu & fac similiter, nā quę retro aspexit in statuam salis cōuersa est. Quid est aūt q; digitos misit in aures? Digiti isti dona sunt cęlestia quę Eliezer suspēdit auribus Rebeccę, vt obediēcia prestaret pręceptis dei, nō enim oēs obediūt euangelio, hoc est nō oēs aures habent vt audiant. Luc. 8. Vnde illud, vos semp spū sancto restitistis, Quomō restitistis? Audi Zachariam. Auerterūt scapulam

C D E

Marci. 7

Exo. 4. Hiere. 18

Genes. 1

Cant. 5

Psalmus. 8

Gene. 16 Dani. 7

Ioan. 2 Genes. 1

Ioan. 9. Theophy

Genes. 19 Figura.

Gene. 24. Actu. 7. Zach. 7

Reservado de EL COLEGIO de JALISCO

scapulam recedētes,& aures suas aggrauauerūt ne audirēt,& cor suū posuerūt vt adamātē (vides sūr-
ditatem volūtariā)ne audirēt legē & verba quę misit dñs p manū prophetarum priorū. Et facta est in
dignatio magna a dño. Quę illa? Loquutus sum,& nō audierūt, clamabūt & nō exaudiā. Hoc est par
Esai.50 pari referā. Misit igitur digitos in aures,p dona sancti spiritus mentē huius hois ad obedientiā disponēs
Iacobi.5 iuxta illud,dñs aperuit mihi aurem: ego aūt nō cōtradico, sicut cōtradixerunt iudęi sermonibus Hiere-
mię. Vide eundē Cap. 44. Tetigit & linguā talua. Salua sapiētia est cœlestis, p quā docemur terrena
despicere & amare cœlestia. Est enim & sapiētia sęculi huius terrena, animalis diabolica: de qua Dñs,
filij huius sęculi prudētiores sunt filijs lucis. Luc.16. De hac scriptum est 1. Esdre. Cap. 4. Nos memores
salis quem in palatio comedimus: & quia lęsiones regis videre ne fas ducimus, id circo nunciamus re-
gi,p si ciuitas illa (Hierusalē visio verę pacis) dificata fuerit, possessionē trāsfluuium nō habebis. Hāc F
igitur sapiētiam terrenā & animalē videlicet augere cēsus regios per fas & nefas docet serpēs ille prudē
tissim? omniū bestiarū. Gen.3. Cui? verba sunt ad suos ministros qui salē de mensa eius comederūt. Ve
nite sapiēter opprimamus populū dei, ne forte, multiplicetur,& si ingruerit cōtra nos bellū, addatur ini
micis nr̄is (angeli boni sunt qui cū reprobis bellū cōtinuerunt, Apoc.12) expugnatisq; nobis, egrediatur
liber de terra. Exodi.1. Tetigit ergo dñs linguam eius, vt saperent ei cœlestia, desiperet omnis creatura.
Vnde Paulus. Nihil iudicaui me scire cū essem apud vos, nisi dñm Iesum & hunc (quē veluti digito illis
ostendit) crucifixum. Hoc tantū sapiebat Paulus & sapiebat Paulo, cuius deus tetigerat linguam. Sus-
pexit aūt dñs in cœlum, quia omne datū optimū e cœlo proficiscitur. Quid enim habemus,p nō dono
1. Cor.4 accepimus? An forte in cœlū aspexit, miseratus hoiem qui a tāta gloria in latrones incurrens, nudatur
Luce.10. & vulneratur,& semiuiuus relinquitur, repletus multis miserijs quādiu vixerit,& fugit velut vmbra,
Iob.14 quarū miseriarum nō minima pars est illa,p hō iste mutus erat, ne posset cōtineri pecata, surdus ne po- G
rim hoiem, qui vitio suo degenerauit in iumētum. Quomō? Turtur & hirundo & ciconia & milu? co
Genes.6 gnouerūt tēpus aduētus sui, populus aūt meus nō cognouit iudiciū domini. Quomō dicitis sapiētes su-
Hiere.8 mus,& lex dñi nobiscū est: Quomō dicitis nō sumus surdi & muti, si hirūdinibus & turturibus inferio-
res repimur. Hyppo potamus assidua sactetate obesus: exit in littus,& recētes harundinū cęsuras specu
latus, vbi acutissimū videt stipitē, imprimēs corpus, venā quandā incrute vulnerat, atq; ita ꝓfluuio san
guinis morbidū alias corp? exonerat. et plagā limo rursus obducit. Ibis aūt auis rostri aduncitate p eā
partē se pluens qua reddi ciborū onera maxime salubre est. Dictamū herbam extrahēdis sagittis cerui
mōstrauere pcussi, telo pastu eius herbę electo. Chelidoniā visui saluberrimam hirundines mōstrauere,
vexatis oculis pullorū illa medētes. Ingemuit igitur dñs, qui alias lachrymatus est, & dixit, effecta qd
est ad aperire Grece ἐπφχθχ, ephphatha. Reliquit aūt hic vocē hebream Marcus, sicut superius inde si H
lia Archi synagogi dixit Talita cumi: quod ibi expositū est. Est autē verbū hebręū hiphathah vnum ex
eorū genere verborū quę hebręi grauia vocāt; & quę vim habeāt transitiuā, quasi dicas pręsta te aper
tū, siue fias apertus, Vnde in exorcismis pueri baptizādi, cū dicitur ephetta quod est adaperire: ly ada-
perire: imperatiuū est vocis passiue, adapire adaperiatur,& loquitur sacerdos ad aures, quasi dicat, au-
res estote. Siue sitis apertę. Nec mora subsequuta est sanitas: iuxta prouerbium, dictum & factum. Et
statim apertę sunt aures eius; & solutū est vinculum linguę eius, & loquebatur re-
Matt.26 cte. Hoc est loquebatur expedite. Quid est vero loquebatur recte & expedite? Loquela vnā quēq; pro
Matt.12 dit cuias sit etiā Petrū apostolū, ex abundātia enim cordis os loquitur. Voces enim signa sunt latentiū
Iudic.12. in anima passionum, quia exulcerati pectoris, amara sunt suspiria. Cęterū expedite nō loquebātur illi
de Tribu Ephraim, qui cū rogarentur cuius tribus essent, dicerētq; nō sumus ephrateī, audierūt: dicat igi
tur quilibet vestrū sebboleth, qui cum reuera essent ephrateī: labijs incircūcisis & tardioris linguę sicut
Moles. Exo.4. Balbi & bleſi, pro sebboleth, chebboleth perperā pronūciabant litterā sade vertentes in I
schim. Vnde vno die trucidati sunt 42 milia pro pōte, vel in fluminis transitu a Galaaditis, tm̄ momen
2. Timo.2 ti habet etiam apud hoies expedite loqui. Erat sebbolet symbolū pugnę nup commissę a Galaaditis
duce eorū iephthe. Iudi. Cap. 12. Cōtra Ephrateos. Est aūt multorum sermo velut cācer morbus, & mul
ti pacē prędicātes, mordent genuino. & marsus eorū quasi si scorpio pcutiat hoiem, Apoca. 9. Flagelli
plaga liuorē facit, plaga aūt linguę cōminuet ossa. Mors illius mors nequissima, & vtilis potius infer-
nus q illa. Eccl. 28. Hęc aūt verba digna sunt memoratu. Sequitur. Et pręcepit eis ne cui dicerēt
Quāto aūt eis pręcipiebat, hoc potius amplius prędicabāt: & eo amplius admira-
bātur dicentes. Bene omnia fecit, & surdos fecit audire: & mutos loqui. De pręcepto
Matth.8 isto dictum est Mat. 8. De leproso mūdato Item. Matth. 9. De puella excitata. Est aūt sensus, nō q dñs
Psalm? 138 nollet sciri opus diuinę potētię, alioqui nō diceret, luceant opa vra bona &c. Sed qm̄ diuina opa me-
lius ipsa perse loquūtur, sicut scriptum est, cœli enarrant gloriam dei, & opera manuum eius. Et alibi. K
Delectasti me dñe in factura tua. ps. 91. Et illud Sap. 13. A magnitudine enim speciei & creaturę, cog-
noscibiliter poterit creator horū videri. Vnde hoies illi a spiritu sancto edocti, sic intelligētes diuina mā
data, eo magis prouocati sunt ad prędicādum gloriā dei, quo vehemētius, phibiti sunt id ne cui dicerent
Et eo magis admirabātur pōtētiam eius qui cū talia faceret, nō solum pecuniā nō extorquebat (absit)
verum nescīri idē quidem volebat, quo ad sua id referebat. Referebat autem a modū nostra id scire, vt
quo ad possumus, bene mereatur de oibus imitātes eum qui solē oriri facit sup bonos & malos. Tan-
tum ergo aberat, vt facerent quod erāt iussi, vt hoc amplius etiam prędicarent q essent prohibiti. Dice
Matth.9 bant aūt nō sine admiratione, reuera bene oia fecit quia & surdos fecit audire, & mutos loqui. Hoc est
elogiū

elogiū bonitatis diuinę. Sicut enim nemo mortaliū sapit oībus horis iuxta prouerbium, ita nemo mortalium fecit oia bene. Dicebat aliquādo Fabius pictor, teste Quintiliano, felices futuras artes, si soli artifices & hi optimi de ijs iudicarēt. Nunc vero cum (teste philosopho) oculi nri per inde sint ad opera naturę cōsideranda sicut oculus noctuę ad lumē solis, quāta demētia est huiusmodi cæcos velle disputare de coloribus, hoc est de dei opibus? Cū scriptum sit, vidit deus cuncta quę fecerat & erāt valde bona. Et vt de cæteris taceam, dixit aliquādo Aldefonsus rex Castellę, huius nominis decimus, nec in cor de suo id dixit: quod & ipsum esset insipientię & blasphemię plenum, si affuissem ego cum deo cuncta componenti, nō nulla melius ordinata essent, quę nunc absona videntur. Ita cęcus iste & insanus & phreneticus (sed erat rex) lumē volebat mutuare soli. Bñ oia fecit. Dices. Si oia quę deus fecit sunt valde bona, quid interest inter creatorē & creaturam. Dicimus ꝙ bonitas in creatura accidēs est, deo aūt id quod est. Creatura habet aliquē gradum bonitatis participatę, quia oia in mensura & numero & pōdere cōstituta sunt, ab vno optimo & maximo bono, & ois boni bono. Creatura bonum qđ habet cōtingenter habet, deus habet necesse esse, & necesse bonū esse. Sed si bona sunt oia suo mō quę deus fecit, vnde orta sunt tot bestiarū genera ac venenatarū animātium hoī infesta quę vel solo visu nocent? Augustinus. Propter pcā tua o homo. Nā ante peccatū Eua familiariter colloquebatur serpentem. Et Noe paruo labore ex oibus animāribus induxit in arcā, & versabatur inter ea quasi pater familias inter seruos ac domesticos, impartiēs eis demēsum Cibū. Et quādo leones pepercerunt Danieli. Muscę in festę erant Pharaoni. Exo. 8. Sed & nunc bestię magna ex parte hois dñatui subiunguntur. Bene igitur oia fecit. Alij rursus quęrunt quare deus hoiem tentari pmisit, quē vincendū prędebat. Et nōne rursus si impeccabilem cōderet, decurus eras, quare nō reliquit eum in manu cōsilij sui? Bene ergo oia fecit talē creando, qui esset quod vellet. Alij dei prouidentiā cæcam opinantur, vt qui sinat bonos abimpijs cōculcari & Ionā a ceto vocari. Haba. 1. Alij inclemētē deū dicunt, vt q pro vno pcō mortali ęternaliter puniat. Alij rursus prouidētiā calūniantur: dicentes sępe pluere in mari, quādo segetes aridītate marcescunt. Et quod magis dolendū est: sępe segetes inter triturandū oborta tępestate, verrūtur ex area, & perit omnis labor & impensa. Videmus & iuuenes reipublicę vtiles morte acerba subtrahi, viuere aūt capularios senes, qui potius oneri sunt ꝙ vsui. Videmus cornices, coruos & ceruos viuaces, quorū admodum parua vtilitas. Homo aūt qui bene meretur de oibus, breui viuit tempore, & interim multis repletur miserijs. Hec & multa id genus dixerūt scrutatores cæci & vani operum dei, ad quę oia vna sit respōsio, terribilis est deus in cōsilijs suis sup filios hoium. Tamē quod nemo sane sapiēs ibit inficias, bene oia fecit. Post hec autē cōscendit dns mōtem & ibi sedebat, nēpe fessus ex itinere, & vt interim bonꝰ pastor operiretur turbam quę qm̄ multos secum portabant cum claudos tum & debiles alijsq; correptos langoribus, cōsequi eum nō poterant. Illos igitur oēs proiecerunt ad pedes eius, sicut scriptum est, accedamus cum fiducia ad thronum gratię eius, qui sanat contritos corde, & alligat (Samaritanus enim est) omnes contritiones eorum. Psalmus. Cap. 146. Gloria in excelsis deo qui talē potestatem dedit hominibus. Factum est igitur gaudium magnum in illa die, quādo muti, cęci: claudi: debiles & paralitici omnes sanitate recepta: cum gaudio in sua sunt reuersi. Gloria in excelsis deo & in terra pax. &c.

A Philosoph. ḡntilianus

Genes. 1

Aldefōsus

Prouer. 8.

Sap. 11.

Augustinꝰ. Genes. 6

Dani. 6.

Eccli. 15.

B

Iob. 14. Psalm. 65

C Heb. 4.

Caput. v. Quomō dominus Iesus saciauit. 4000. Hominū extra paruulos & mulieres ex panibus septem & paucis piscibus: & quomō super fuerint sportę septē. Accedunt pharisęi signum petentes, datur eis signum Ionę. Itē audiunt ꝙ sciunt prędsagire serenū tēpus & pluuiā ex quibusdā signis in cęlo visis, nesciunt autem nosse tempus aduentus sui Messię.

D IN diebus illis iterū cum turba multa esset cum Iesu, nec haberent quod manducarēt, conuocatis discipulis, ait illis. Misereor super turbam: quia ecce iam triduo sustinent me: & perseuerant mecum: nec habent quod manducent: & si dimisero eos ieiunos in domum suam, deficient in via. Matthęus. Dimittere eos ieiunos nolo: ne deficiant in via. Marcus. Quidam enim ex eis de longe venerunt. Helias pane & aqua ab angelo refectus est primū: & secundo, ne in via dicrum, 40. Lapsus subsisteret. Sicut aūt dicit Hieronymus natura humana prona est ad clementiam: & in alieno peccato quisq; sui miseretur, vt merito dixerit apostol⁹, qui suo rum & maxime domesticorū curam nō habet: hic infideli deterior: quādo cum Samaritano miserebitur eius qui incidit in latrones? Estote inquit bonus optimus & maximus deus & vos perfecti sicut & pater vester, vt benefici sitis in omnes, caro enim & nos vestrum sunt. Nero natura humanę mōstrum, animaduersurus in latrones duos, Burus eius prefectus exigebat in quos & ex qua causa animaduerti vellet. Hoc sępe dilatum vt aliquando fieret instabat. Inuitus inuito cuidam offartam ptulisset traderetq;, exclamauit Nero: vellē nescire litteras. Audisti vocē clemētię plenę, in lignā reuera tam sęuo Nebulone. Nec libet referre crudelitatem Cęsaris. Is enim perusia capta, in plurimos animaduertit, orate ventā vel excusare conātibus, vna voce occurrens, morti dū esse dixit. Scribunt quidā trecentos ex dediticijs electos vtriusq; ordis ad aram Iulio Cęsari extructā hostiarū more mactatos, Plutoni videlicet ac dīs inferis: pręclara iusta & tanto principe indigna. Dns autē Iesus postq; & ipse vulneratus est sicut & nos, & q oia assimilatus est fratribus vt misericors fieret (Heb. 2. Nequaq; tactus dolore cordis intrinsecus: dicit.

Marc. 8 Matth. 15

3. Reg. 19. Hieronym.

1. Timo. 5 Matth. 5

Nero.

cęsar aug.

Esai. 14.

Genes. 6

secus, dicit secū, delebo hoiem quē creaui, penitet enīm me fecisse eos. Quid ergo? Miseret me turbę, quę
Dani.13 iā triduo perseuerāt mecū: nec habent quod māducent. Hīcū fame laborēt (iugens telū) interim ȳ ne
Psal.122. ceant, tacendo tamē loquuntur (sicut Daniel in lacu Leonum) dicēres, sicut oculi seruorum in manibus
dominorum suorum, ita oculi nostri ad dīm Iesum vt misereatur nostri. Triduū transijt, quę attulerūt
Iosue.7. cōsumpta sunt, ieiunos ī dimittā viros fœminas paruulos, & aliqui ex eis desiderati fuerint, ego reus vi
debor animarum illarū oīū. Et quid faciam noi meo magno? Dicetur enim. Non poterat hic homo
potens ope & sermone, qui cæcos donauit visu claudos gressu, & debiles pristinę restituit sanitati, istos
omnes in hoc deserto pascere: qui & alias multo plures ex quinq panibus saciauit. Adde q quidam de
lōge venerūt. Vnde? De pascēdis porcis. Luc.15. Et quid hoc ad rē? Portāt venerem vacuū, vnde laborāt
fagunrina tame. Super subulcis igitur iris cōmota sunt viscera bonitatis dei, & isti qui Heri cupiebant F
implere vētrem suum de porcorum siliquis, quia venerunt ad christum, mentę cęlestis participes effecti
sunt. Et siqui ingredi detrectant, cōpelluntur. Luc.14. O profundum clemētię tuę o Christe pastor bo-
Adrianus. ne, cōpelle inquis eos. Adrianus imperator cum priuatus hostē haberet, quē summe perdere cuperet, crea-
Seneca. tus imperator inquit: effugisti manus meas. Ceterū iuxta Senecā tam oibus ignoscere cp nulli crudeli-
Ranemir? tas est. Legimus in chronicis de Ranemiro fratre Dñi Ioannis Aragonię regis: qui deposito monacha
li habitu, regno prefectus est, quoniā Ioannis rex filios nō reliquit. Hic igitur cum moribus probus es-
set, nō tamē morē ei gerebāt magnates regni. Tale igitur cōmentus machinatus est. Edixit per prēconē
regni in oppido de Huesca euocati tamen. Ex oibus igitur principibus qui malo suo conuenerāt ad hu-
iusmodi spectaculum, quindecim sigillatim accersitis, & capite plexi, nullo eorū fraudē prēsagiēte, cū
demū capita parentū filijs primogenitis illorū ostendit dicens, optimū est aliena insania perfrui, nā & C
delitas est, cp nulli. Et respondērūt ei discipuli eius. Vnde illos quis poterit hic satura-
re panibus in solitudine? Hoc iuxta Marcum, Matthęus ita. Vnde ergo nobis in deserto
panes tot, vt saturemus turbā tantam? Diffidētię plena est vox ista: nec absimilis illi, sexcēta ho
minū milia peditum sunt populi huius, & tu dicis, dabo eis carnes mēse integro? Nū.11. Et sequitur. Nū
Moses. gregabūtur, vt eos sacient? Quo loco dicit Rabbi aquiba, cp tātum peccauit hic Moses, quātum. Nū.20.
Ad aquas cōtradictiōis: & forte grauius, quia dicēte domino, dabo vobis carnes mense integro, donec
exeat ꝑ nares vestras, ille respōdit, nūquid cędetur &c. Nā cōgregari omnes pisces in vnū videbatur im
possibile. Tamē inquit ille peccatū Mosi nō fuit punitum, quia erat secretum. Obserua aūt diligēter,
cp de mānate nō permisit iudęos colligere nisi pro singulis diebus excepto cp feria.6. Duplum colligebāt H
cæterū de carnibus secus fuit, colligerūt enim pro mēse integro. Pluebat enim dñs coturnices in circuitu
castrorū, ita vt a quolibet latere castrorum in oppositum latus viginti essent parasangę vel.90. miliaria
Reuera aūt tam Moses cp apostoli ex preteritis mirabilibus dei argumēta fidei colligere debuerant, ęa
Exo.15 pretęritarum rerū exhibitio est futurarū certitudo. Et ille viderat mare diuisum, ægyptios submersos ad
Ioan.6. vnū, aquam dulcē factam, immisso ligno, aquā e petra productam, Exo.17. Et isti viderāt quinq pa-
nes multiplicatos, & innumeros fere sanitate donatos, quorū multi aderāt. Et tamē quis inquirit pote-
rit istos saturare in solitudine, vel vnde nobis in deserto tot panes: ita sibi excidērant, rudes & obliuiosi
& qui nil credebāt nisi fide Greca: ad nihil aliud aspicientes, nisi q populus ille biduano ieiunio fatigā-
tē gestaret vētrem. Et dato q pecunias habērēt apostoli, locus ipse desertus inops erat ois alimēti, vētre
Alexander aūt pecunia nō pascitur. Abulitus prefectus Alexandri cum nullū ei cōmeatum prēparassēt, tria milia
minuū talēta attulit. Id argētum Alexāder equis apponi iussit, quibus minime gustātibus, quę nā ingē
tui cōmoditas apparatus? Sequitur. Et interrogauit eos: quot panes habetis? Et dixerunt.
Septē: paucos piscículos: iuxta Matthęū. Et precepit turbę discūbere sup terrā. Aposto
los rogat, vt mētes eorū erigat, sic ex mō interrogationis rememorētur alterius miraculi, & ante credāt
cp videāt. Audis bonę cōuiua delitias & paupertatem mēsę dominicę? Sed hac paupertate oēs diuites fac-
ti sunt, & qui adgrāt & nos, & nati natorum & qui nascentur ex eis. Verū opę pretium erit cōferre hu
ic mēsę apparatū mēsę Salomonis. Erat igitur cibus mēsę Salomonis per dies singulos. 30. Chori simile,
& sexaginta chori farinę: decē boues pingues: & viginti boues pascuales, & cētum arietes: excepta ve
natione ceruorū caprearū bubalorum & auiū altilium, sed in crassatus est dilectus (sic enim vocat? est
adco 2. Reg. Idida ideſt amabilis domino) & recalcitrauit, & dereliquit factorem suum. Cibus ergo mē
sę christi panis nudus est iuxta Marcum, Matthęus adiecit vice bellariorū paucos piscículos, paucos nu
mero, modicos quātitate. Mullū ingēris formę (pisces est) Tiberius Cæsar missum sibi, cū in macellum
Tiberius. deferri & venire iussisset, amici inquit oia me fallunt: nisi istū mullum aut Apicius emerit aut Publius
Octauius. Vltra spē illi cōiectura processit, licitati sunt, vicit Octauius, & ingentē cōsequutus est inter
suos gliam, cum quinq sestertijs (aureus sunt duodecim & semis) emisset piscē, quē Cæsar vēdederat,
ne Apicius quidē emerat. Porinę professor insignis. Illud oēm fidem excedit. quod legimus apud Ma-
Macrobij crobiū, asinius celer vir cōsularis mullum vnū septē millibus nummū mercatus est ideſt aureis 7x tantus
1.Petri.5 olim erat. Luxus in ciuitate illa quā Petrus apostolus Babylonē vocat, figuratiue noie. Nā per id tēpo-
ris vbicq cātabatur inuitatorū illud, comedamus & bibamus, cras enim moriēdum est. Esaię Cap.22.
Hieronymꝰ. Captiuitate prę sente & obsessa hierusalē, cum ferrū fames sitis vrgeret vrbem, Hieremias
ad pēnitā pplm prouocabat. Cap.24. Et e cōtrario reges ac principes & vulgus miserabile desperatione

perentium

ꝑeuntiū se tradebat epulis, Nihil aūt sic offendit deū, ꝙ̄ post peccata erecta cruce, & ex desperatione cōceptus. Comedamus inquit, nā apud inferos meditandū est nobis cū epulone. Prꝛcepit ergo dominus turbę vt discūberet super terrā: & accipiēs septē panes & pisces: & gras agēs fregit & dabat discipulis, vt apponerēt. Et apposuerūt turbę, & comederūt oēs & saturati sunt. Et sustulerūt quod superfuerat de fragmentis septē sportas plenas. Erāt aūt qui manducauerāt quattuor milia Hoīum ferme aut circiter quattuor milia, extra paruulos & mulieres: & dimisit eos. Et ascēdens in nauiculā, venit in fines Mageda vel dalmanutha, iuxta Marcū. Si igitur is grās egit, cui nō erat rapina esse ęqualē p̄ omnia, oia enim dedit pater in manu eius (Ioā. 13) Quanto magis nos grātias agere cōuenit, qui p̄ singula momenA ta in ipso mouemur & sumus! Si enim Dauid dixit, quid retribuā dño ꝓ oībus quę retribuit mihi, vide licet agnoscēs pauptatē suā, vt qui oppressus erat ęre alieno talētorū decē militū, quanto id magis nos dicere oportet, nō de oībus sed de singulis! Quid enim vel ꝓ singulis nobis collatis ei retribuem?! Quid ꝓ eo ꝙ manu eius vtraq; formati sumus! Psal. 118. Quid pro eo ꝙ vocati sumus ad vineę culturā! Accepit inquit panes Quot! Nec tu habe oculos ad numerū panū. Nā si beneficia in tebus nō in ipa bātāce di volūtāte cōsisterēt: eo maiora essent, quo maiora sunt quę accepimus. Id aūt falsum est: (memēto vduę) non nunq; enim magis nos obligat. Qui dedit parua magnifice, fac mihi primum de ipsa farina sub cinericiū panē paruulū. 3. Re. 17. Qui regum ęquauit opes animo, vidua inferens duo ęra. Qui exiguum tribuit sed libenter: afferam buccellam panis, Genes. 18, Qui paupertatis suę oblitus, nostrę cōsulit: sicut testatur Paulus de Macedonibus, supra virtutem inquiens voluntarij fuerint in erogāda eleemosyna.
B Id autem videre licet & hic. Nam apostoli postulati panes, quos pro commeatu suo attulerant, nihil mō rati sunt, quin imo si res ferret: seipsos impenderent & super impenderent pro tuenda vita illorū quitriduo perseuerarant cum domino Iesu. Charitas enim vera non quęrit quę sua sunt. 1. Cor. 13. Denicq; magis nos d euincit, qui non voluntatem tantum iuuandi habuit, sed & cupiditatem, iuxta illud, b tu qui intelligit super egenum & pauperem. Psal. 40. Hic enim tota die miseretur & fęneratur: sed dño. Quomodo tota die, & quomō fęneratur: si iustus est? Tota die miseretur, qui semper requirit cui misereatur Sicut dixit Dauid. Nunquid super est aliquis de domo Saul, vt faciam cum eo misericordiam? Vide bonum textum. Habeo inquit rationem patris tui Ionatę, immemor iniuriarū aui tui. Nam sicut occasiones quęrit vir durus & malicioſus & pessimus (adde & stultus) ne benefaciat sancto viro Dauid (1. Reg. 25 Vt ab amico discedat, ira iustus semper intelligit super egenum & pauperem. Et fęneratur inquit. Cui? C Fęneratur domino, qui miseretur pauperis. Prouerbio. 19. Quantum retribuet? Centuplum accipietis & vitam ęternam. Matth. 19. Qui accipere se putauit cum daret. Vnde illud. Si inueni gratiam in oculis tuis, ne transeas seruum tuum. Id circo enim ad me declinastis. Ad quid declinauerunt ad te viri isti tres. O pater Abraham! Ad quid declinauit Maria in domum Elisabeth! Luc. Cāp. 1. Ego sum inquit qui gratiam inuenio, qui beneficio afficior, si mensę meę pauperculę licet velitis esse participes. Nam si quod dictum est, ad hoc declinastis intelligas prout verba sonant, id erat ꝑecundia afficere beatos illos viros: sed declinastis: me vobis quasi vim inferente. De hoc iten habes Genes. Cāp. 19. De Loth vim inferente duobus viris vt declinarent in domum suam. Non enim beneficium dabat, sed accipere se putabat nec fallebatur. Qui dedit, tanq; non recepturus, quod solius dei proprium videtur, qui bonorum nostrorum non indiget, licet dicat se esurire in pauperibus, & in eis iniuria affici, qui tangit vos inquit pupillam oculorum meorum lędit. Qui occasionem qua prodesset, & occupauit & quęsiuit, iuxta illud, posuisti in neruo pedem meum, & obseruasti omnes semitas meas. Et rursus. In via hac qua gradieris, firm abo super te oculos meos. Psalmus. Cāp. 31. Et illud Oseę Cāp. 2. Sepiam viam tuam spinis, quod D est, posuisti in neruo pedem meum, vt vel volentes vel inuiti a via dei non recedamus. Ita Dominus prodilectione quo ferebatur in Salomonem, quia filius erat Dauid viri iuxta cor dei (Actu. Cap. 13) Qę primum Salomon idem tria erexit sacella tribus potentis imo multo plura excitauit ei in regno tres Tyranos vt vel sic resipisceret a tanta vęsania. Vę autem illis de quibus Apostolus, tradidit illos Deus in sua desidera, in reprobum sensum. Tu autem quicunq; ades mensę Christi, vide in te bonitate m Dei & seueritatem in multis diffidentię filijs. Quam bonitatem! Tu sustines Dominum ad multum triduo ille sustinet te annis decem, forte & annis triginta. Nam eos de tempore diluuij annis centum sustinuit Verum ille semper sui similes esse pergentes: thesaurizabant sibi iram in die irę. Roma. Cāp. 2. Accepit ergo panes Dominus, gratias egit, fregit, ipse est enim manus patris, per quam Deus implet in bonis desideria nostra: tribuens mensuram bonam & Cętera. Luce. Cāp. 6. Fregit ergo & dedit discipulis, vt apponerent turbę, Dei enim cooperatores summus. Et comederunt omnes, & saturati sunt, quod E tunc vere erit, quando iuxta Paulum Deus erit omnia in omnibus, qui nunc est singula singulis. 1. Cor. Cāp. 15. Est enim beatitudo status omnium bonorum aggregatione perfectus. Denicq; sustulerunt septem sportas plenas ex reliquijs mensę Cœlestis. Has septem impr̄ō ędentibus assignauimus. Dedit enim parua sed magnifice Regum excessit opes animo. Exiguum tribuit, sed libenter paupertatis suę oblitus: nostrę succurrit necessitati. Non voluntatem tantum habuit iuuandi: sed cupiditatem. Accipere se putauit cum daret. Occasionem qua prodesse occupauit, quia & prꝛsentibus & futuris prospexit dicens, miseret me turbę, quia non habent quod manducent. Et obserua quomodo iuxta litteram Ioannes cum Petro non implebāt prꝛceptū dei, Exo. 23. Nō apparebis ante deū vacuus, ꝛrogāte paupere hoie eleemosynā, dixit Petrus, argentū & aurum non est mihi. Verum si ad aium aspicias,

Luce. 16.
Phil. 2
Actu. 17
Psalm. 115
Luc. 21
2. Cor. 8.
Martinus.
2. Cor. 12
Psal. 36
2. Reg 9.
Prouer. 19
Genes. 18
Psalm. 15
Zach. 2.
Iob. 13.
3. Reg. 11
Rom. 1.
Rom. 11.
Genes. 6
Psal. 102
1. Cor. 3.
Boetius.
Actu. 3.

aſpicias, omnes regum opes ſuperabat, dicens, quod autem habeo hoc tibi dono do, ſurge & ambula. Cętera patet. Quod aũt dicit Matthęus dñm cõſcẽſa nauicula, veniſſe in fines Magedã, Gręce eſt Magdala, Marcus dicit Dalma nuta. Idẽ eſt locus, ſed Polynomios, & nũc vocat Macera cõtra Ieſuram. Hieroni? legit, Magedã. Sequitur. Et acceſſerunt ad eum phariſęi & ſadducęi tẽtãtes: & quęrẽtes ab eo ſignũ de cęlo: Matthęus, rogauerũt eũ, vt ſignũ de cęlo oſtẽderet eis. Marcus, & ingemiſcẽs ſpũ ait. Quid generatio iſta ſignũ quęrit? Amen dico vobis: nõ dabitur generationi iſti ſignũ: Matthęus, facto veſpere dicitis: ſerenũ erit: rubicũdũ eſt enim cęlũ. Et mane hodie tẽpeſtas: rutilat enim triſte cęlũ. Faciẽ ergo cęli diiudicare noſtis: ſigna aũt tẽporũ nõ poteſtis. Lucas aũt hęc verba ad turbas dixiſſe dñm refert. Dicit enim. Dicebat aũt ad turbas. Cũ videritis nubẽ oriẽtẽ ab occaſu, ſtatim dicitis, nimbus venit, & ita fit: & cũ auſtrũ flantẽ: dicitis: quęſtus erit: & fit. Hypocritę faciẽ cœli & terrę noſtis probare: hoc aũt tẽpus quomõ nõ probatis? Quid autẽ & a vobis ipſis nõ iudicatis quod iuſtũ eſt. Sẽper ergo iudęi ſui ſimiles eſſe pgunt, corde incircunciſo, eoq; adamãtino iuxta Zach. 7. Adde quod dicit Paulus: quoties legitur Moſes, velamẽ eſt poſitũ ſup cor eorũ: vt ettã ſi credere velint, nõ poſſint: quia excecauit dñs Ieſus christus oculos eorũ: & indurauit cor eorũ, vt nõ videãt, nec intelligãt, nec cõuertant, ſicq; nec ſanẽtur, ſed ſemp claudicẽt, & cęcutiãt cũ patre ſuo Iacob, & palpẽt in meridie q̃ſi in tenebris, ſicut dixit ad eos Moſes Deut. 28. Qui tot viſis ſignis cęleſtibus & admirãdis: & quę diuinã potẽtiã liquido prę ſe ferũt, adhuc rogãt vt ſignũ videant. Dicam vnũ, quod tamẽ nõ aſſero, ſuſpicor aũt, q; Abrahã ideo nõ accepit ex terra ſibi ꝓmiſſa vel veſtigiũ pedis iuxta Stephanũ in actis, quia dubitare viſus eſt de diuina ꝓmiſſione, dicẽs Genes. 15. Dñe deus vnde ſcire poſſum, q; poſſeſſurus ſum terrã illã? Cęperũt ergo phariſęi iuxta Marcũ conquirere & diſputare cũ Ieſu, q̃ſi miracula quę edebat, nõ fierẽt virtute cœleſti, q; eſſent plebeia pro indeq; ſi vellet phariſęos lõge ſupra vulgus ſapiẽtes heroas & ſemideos ſibi credere, ederet ſignũ aliquid cœleſte, ſicut dictũ eſt Matth. 12. Dñs ſciẽs illos calũniaturos quicquid feciſſet, ꝓbabilius enim poterãt tribuere Beelzebub, ſi quod ſignũ e ſublimi proditũ eſſet, vbi verſantur principes & rectores tenebrarũ harũ, maximẽ cẽ, q; ea quę manibus ſuis cõtrectabãt, & videbãt oculis: ingemuit ſpũ, quaſi dolẽs de illorũ ꝓſida cęcitate, & velut indignãs apud ſe ait. Quid generatio iſta &c. Quęnã eſt hęc natio tã ꝓtinax in credendo vt tot viſis miraculis, adhuc ſignum requirat: quaſi nullũ ante hac viderit? Erãt phariſęi iudęi quidẽ natione, moribus Athenięſis. Vide Actu. 17. Ad hec dominus iuxta Matthęum. Faciem cœli &c. Obſeruatis facie cœli & terrę (idem dicit Lucas) nec vos fallit veſtra coniectura, quandoquidem hinc colligitis pręlagia rerum futurarum, quę tamen modicum conferunt ad ęternam ſalutem, & tamen in his totis eſtis oculati. Qui fit autem vt hoc tempus, hunc annum placabilem hunc diem ęternę ſalutis, ex tot ꝓditis inditijs non intelligatis ad eſſe? Vere qualis eſt veſtra ſanctimonia, talis & veſtra prudentia, omnia veſtra fucata ſunt. Hypocritę inquit Lucas, faciem cœli & terrę noſtis probare, hoc autem tempus quomodo non probatis? Quid autem & a vobis ipſis non iudicatis quod iuſtum eſt? Eſtq; ſenſus. Alunde captatis argumenta ex quibus coniectetis ea quę ſunt extra vos, & earum rerum quę intra vos ſunt: & quarum ex vobis ipſis colligi poſſunt argumenta nullam facitis coniecturam, quia animę veſtrę nullam habetis curam. Facto inquit veſpere dicitis & cętera. Theophilatus. Reprehendit tentationem & inquit, q; ſicut ſignorum apparentium in Cœlo aliud quidem pluuiarum, aliud autem ſerenitatis inditium eſt, & nemo videns pluuiarum ſignum, ſerenitatem requirit, vel ſereno videns, pluuias timet, ſic & de me cogitare oportet, q; aliud tempus ſit huius aduentus & aliud futuri. Nunc opus eſt miraculis in terra, quę autem in cœlo fient, vſq; in illud tempus reſeruabuntur, quando ſol extinguetur, Luna occultabitur: ſtellę cadent & cętera. Baſilius. Eſt autem notandum, q; neceſſarię ſunt humanę vitę ſi derum coniecturę, dum modo quis vltra menſuram non perquirat eorum inditia. Intereſt nautę prænoſticari procellarum pericula: viatori mutationem aeris: colono fructuum copiam & Cætera. Vnde illud. Turtur & irundo cognouerunt tempus aduentus ſui. Hieronymus. Senſus eſt, q; etiam paruę aues ſua norint tempora, & ſtant quando ad calida feſtinantes locą, rigorem hyemis debeant declinare, & rurſum veris principio ad ſolitas venire regiones. Hęc prędicunt auiculę edoctę a natura, vos autem o phariſęi qui ſcientiam legis iactatis (vt videtur) aſinis iuxta Eſaiam videmini ſtolidiores. Vere mendacium operatus eſt ſtilus veſter, nam iuxta veſtram peruerſam legis expoſitionem, non dum venit veller Meſſias, & impletur in vobis illud Oſeę. Cap. 3. Dies multos ſedebunt filij iſrael ſine Rege, & ſine ſacrificio & ſine altari & Cætera. Et poſt hęc (o longum longum poſt hęc) reuertentur, & quęrent Dominum, & hi ſunt qui norunt faciem cœli iudicare & ſignum pe tunt, cum tot viderint, quę certe excitare poterant in ſanam illorum ſi ſanabilis eſſet. Hucuq; ergo perfidi & inſani & a mente phariſęi quoculq; terrarum ſeruitutem durilſimam ſeruiunt, alũs tamen ſpem inanem, pręſtolantes aliquando affuturum ſuum diu expectatum antichriſtum, quia ſcriptũ eſt Eſai. 49. Vultu in terra demiſſo adorabũt te &c. De hoc Plinius late loquitur libro. 18. Capite 35. Purus oriens Sol atq; non feruens, ſerenum diem nuntiat, at hybernam pallidus grandinem. Si & occidit pridie ſerenus, & oritur, tanto certior fides ſerenitatis. Ventos prędicit, cum ante exorientem eum nubes rubeſcunt. Quod ſi & nigrę rubentibus interuenerint, & pluuias. Si circa occidentem rubeſcunt nubes, ſerenitatẽ futurę diei ſpõdet. Si in exortu ſpargẽtur partim ad auſtrũ ptim ad aquilonẽ, pura cęca Solem ſerenitas ſit licet, pluuiam tamen ventoſq; ſignificabunt. Si in occaſu ſolis pluet, aut radij in ſe

Matth. 16. Marc. 8 Luc. 12

2. Cor. 3. Ioan. 12.

Actu. 7.

Epheſ. 6.

Eſai. 61.

Theophyl.

Baſilius. Matth. 24.

Hier. 8.

Hieron. Eſai. 1

Plinius.

dñi in senu dē trahēt asperā, in proximum diē significabūt tēpestatē. Si nubes solē circūludēt, quāto minus luminis relinquēt, tāto turbidior tēpestas erit. Quod si exortu sit, ita vt rubescā nubes: maxima ostēdetur tēpestas. Si in exortu lōge p nubes sparget radios & porriget, & medius eris inanis, pluuiā significabit. Si ante ortū radij se ostēdunt, aquā & ventū. Proxima sunt lunę presagia. Quartā eā maxime obseruat ægyptus. Si splēdens exorta puro nitore fulserit, serenitatē, si rubicūda vētos: si nigra pluuias portēdere creditur. In quinta cornua eius obtusa, pluuiā, erecta & infesta semp ventos significat. Si quartum orbis rutilus cingit, vētos & himbres prēmouebit. Si pleniluniō p dimidiū pura erit: dies serenos significabit, si rutila vētos, nigrescēs himbres. Nascens luna si cornu supiore ob atro surget, pluuias decrescēs dabit, si inferiore, ante pleniluniū, si in media, nigricia illa fuerit, himbrē in pleniluniō. Si in ortu cornua crassiora fuerint, horridā tēpestatē. Si sexta decima vehemētius flāmea apparuerit, aspas tēpestates presagit. Cū repēte stellarū fulgor obumbratur vt neq; nubilo neq; caligine fluitās, graues tēpestates denūtiātur. Si volitare plures stellę videbūtur, quo ferūtur albescētes, vētos ex ijs partibus nūtiant. Arcus cū sunt duplices, pluuias denuntiāt, nec tamē semp a pluuijs serenitatē nō perinde certā. Atrocissimę pluuię erunt, cū ex oībus quattuor partibus cœli fulgurabit. Cū ab aquilone tm̄, in posterū diē aquā portēdit. Cū ab austro vel choro aut fanouio nocte serena fulgarauerit, vētū & himbrem ex eisdē regionibus demōstrabit. Tonitrua matutina ventū significant, himbrē meridiana. Nebulę e mōtibus descēdentes vel in vallibus sedētes serenitatē ꝓmittunt. Equidē & mōtiū sonitus nemorū q; mugitus tēpestatē prędicūt, & sine aura quę sentiatur folia ludēria, aquisq; pluma in natans. Presagiūt & aialia, conchę adhirescētes, echini arena suburrātes se tēpestatis signa sunt. Ranę quoq; vltra solitū vocales: & fulicę matutino clangore, mergi anatesq; pennas rostro purgātes, vētū presagiunt. Grues silētio p sublimevolātes serenitatē. Hirundo iuxta aquā volitās, vt pena sępe pcutiat, hiemē: & Ardea in medijs arenis tristis. Hec & multa genus huius dicit Plinius vbi supra, sicut boues olfactātes cōtra cœlū, seq; lambentes contra pilum, & vermes terrę erumpētes. Et in cōuiuijs mēsaq; nīs vasa quibus esculētū additur sudorē repositorijs linquentia, diras tēpestates prēnuntiant. Hęc dicta sunt propter illud verbū, faciē cœli & terrę nostis iudicare, signa autem tempum aduentus Messię non potestis. Non potestis autem quia nō vultis, quia autem non vultis: quoties legitur Moses, velamen oppandit deus cordi vestro, vt cūm volueritis, non possitis. Alioquī si vellent, ex prophetia Iacob Gen. 49. Ex hebdomadibus Danielis. Cap. 9 Ex statua cuius caput aureū & pedes ferrei. Dani. 2. Ex verbis Aggęi, Cap. 2. Exq; multis alijs locis scripturę intelligere poterant, impletum esse tempus aduentus desiderati cunctis gentibus, exq; testimonio Magorum Matt. 2. Et Ioannis baptistę & cętera quę sparsim dicta sunt in superioribus huius operis. Itaq; relictis illis, ascendit iterum nauim: & abijt transfretum. Ve autem eis cum recesserō ab eis. Osęę. 9. In terra enim scribentur.

Aialia.

Hiere. 17

Caput. vi. De cauēdo a fermēto phariseorū & sadduceorū et Herodis Et quō apti nō intellectis verbis dñi: vocātur modicę fidei, cęcatū hntes cor, hntes oculos sine lumine itē aures statuarū, & tandē euigilāt a cęcitate sua. De quodam cęco quem Dominus illuminauit expuens in oculos eius, & manibus suis bis impositis super oculos eius.

Et cū venissēt discipuli sui trāsfretū: obliti sūt pānes accipe, iuxta Matthęū: Marc⁹. Et nisi vnū panē nō habebāt secū in nauim. Qui dixit illis. Intuemini & cauete a fermēto phariseorū & sadducęorū. Mar cus, & fermēto herodis. At illi cogitabāt intra se dicētes vt ad alterutrū dicētes: panes nō habem⁹, nō accepim⁹. Principio annotandū: q; hęc cōduplicatio ẏborū intuemini, & cauete, epitasim cautiōis hꝫ. Beda fermētū phariseorū est decreta diuina suis traditionib⁹ (arachnearū telis) post ponere, legē ẏbis pdicare: impugnare factis, dūm tētare, nodū vt in iūco quęrētes: doctrinę eius nullā fidē adhibere, mitāda opa ei⁹ dæmonib⁹ attribuere: mētā anetū & oē holus decimare, camelū vorare: colare culicē. Matt. 23. Bñ ait dixit philosoph⁹, q; ignorātes significatio nes vocabloꝝ, cito p alogiāmur. Dictū est in supiorib⁹, q; simile sit regnū cęlorū ideſt doctrina euāgelica fermēto. Mat. 13. Habuigil & rector tenebrarū harū suū fermētū, de q; paulus, epulamini, nō in fermento malicię aut nequitię. 1. Corin. Cap. 5. De hoc fermento nequitię habes Osęę. Cap. 7. Quieuit Paululum ciuitas a commixtione ferməti, donec fermentaretur totum. Et loquitur de vitulis aureis quos fudit Hieroboam. Hieronymus. Quicquid enim necessitate fit, cito soluitur, quod voluntate arripitur, perseuerat. Hieroboam autem vim non intulit populo, sed suę eum dimisit voluntati. Tamen fermentum hoc quod abscondit Hieroboam in vitulis duobus aureis, adeo explicuit vim suam paulatim sensimq;, vt omnes Reges decem tribuum ceciderint, omnes adora rint vitulos: nullus recesserit a peccatis Hieroboam, qui peccare fecit israel. Quid plura? Omnes quasi clibanus idolatrię igne calefacti sunt: & huiusmodi fermento corrupti, deuorauerunt iudices suos, vt etiam qui bonus esse poterat per naturam, videns & principes & populum idolis subditos, & illos putare deos, etiam ipse ascelerę deuoraretur. Vidisti fermentum malitię? Deserto creatore, seruire creaturę. Patres quidem istorū vnū adorauerant vitulum, Exo. Cap. 32. Sed ille anteq; fermentaret populum contritus est. Isti autem duos

Matt. 16

Beda.

3. Regū. 12. Hieronim

 coluerūt

Matth. 17. Matthæus: Ecce homo genibus prouolutus: Lucas/exclamauit dicẽs. Magiſter obſecrote: reſpice in filiũ meũ, quia vnicus eſt mihi. Matthæus, Miſerere filio meo: quia lunaticus eſt: & male patitur: nã ſæpe cadit in ignẽ: & crebro in aquã. Marcus: Attuli ad te filiũ meũ habẽtẽ ſpiritũ immũdũ, qui vbicũq; eũ apprehẽdit: allidit illum: & ſpumat: & ſtridet dẽtibus, & areſcit. Lucas: Et diſſipat eũ cũ ſpuma: & vix diſcedit: dilaniãs eũ. Et obtuli eũ diſcipulis tuis (tres euãgeliſtæ) & nõ potuerũt eĩcere eũ: & curare eũ. Hic eſt ergo homo qui calcaria addidit phariſæis vltro inſanientib⁹ & paratis carpere doctrinã chriſti quoties cũq; ſe offerret occaſio. Dixerat ſupra dñs. Si ego in Beelzebub eĩcio dæmones: filij veſtri in cuius poteſtate eadẽ facitãt? Nẽpe in eadẽ virtute qua ego, aquo acceperũt hãc poteſtatẽ calcãdi ſupra ſerpẽtes iſtos & ſcorpiones. Opponebãt ergo phariſæi. Si eadẽ eſt virtus in vtriſq;, quare nũc inuocato nõie magiſtri, diſcipuli nihil poſſunt cõtra dæmonia? Quæſtio hec infra ſoluitur. Dicit ergo homo hic dño. Vnicũ habeo filiũ, ac prinde vnice dilectũ, ſed nõ vna percuſſum plaga, imo multis iuxta propheta vexatũ flagellis. Pſal. 31. De his Eſaias Cap. 1. Primũ quidẽ lunaticus eſt. Hieron y. Non vere lunaticus erat, ſed putabatur ob dæmonũ fallaciã: qui obſeruãtes lunaris tempora, creaturã infamare cupiebant, vt in creatorẽ blaſphemię redũdaret Spiritus enim immũdus vbicũq; nanci citur opportunitatẽ, appręhẽſum allidit, ſciẽtiſſimus eſt enim ſupra quã credi poſſit humani ſanguinis, vt merito dixerit ſpiritus ſanctus de illo, infernus nunq; dicturus eſt ſufficit. Deniq; ingentẽ facburã arbitrãtur cũ eĩciũt ab obſeſſis corporibus, dicẽtes veniſſe ante tẽpus ad torquẽdũ nos. Matt. 8. Auguſtinus. Suadẽt & mitis modis & inuiſibilibus p ſubtilitatẽ ſuorum corporũ ad tẽpus aſſumptorũ (21. De ciuitate dei) corpora hoium nõ ſentiẽtium penetrãdo, ſeq; cogitationibus eorũ per quedã imaginaria viſa miſcẽdo, ſiue vigilãtiũ ſiue dormiẽtiũ. Quidã iracũdias ſuſcitãt, & bellorũ diſſeminãt zizania, & cõcitant odia, ſicut ſcriptũ eſt: cõſurrexit Satã cõtra iſrael, & incitauit Dauid vt numeraret populũ. Ne reputes aũt vnũ eſſe Satã in terra, hęc eſt enim oium doctorũ opinio (inquit Origenes) q; Aer iſte qui cœlum & terrã medius diuidens inane appellatur: plenus ſit ſpũalibus nequitijs, ſicut aer athomis. Nõ ergo miraberis, ſi quẽ ſemel aprehẽderit, allidat: deĩciat in ignẽ & aquã, & ſtridere faciat dẽtibus: ſpumis more ſumẽti ora compleat aresfaciat, diſſipetq; & ſic vix ſacierur pęnis eius, vt tãdẽ diſcedat: qui tamẽ non ſimpliciter diſcedit, ſed ad tẽpus Luc. 4. Et multo cõmitatior reuerſurus q; abierat, Matt. 12. Hũc igitur vnicũ filium tam anxie vexatũ, deterioribus nẽpe fortunę q; vnũ ex ſumetis attuleram tibi: cuius nutui ſicut cõpertum habeo dæmones obſequũtur: cui vẽti & mare obediunt: ſicut multorũ relatu auditui, qui cum nõ adeſſes, vicarijs tuis tradidi ſanandũ: nec tamẽ res pro voto ſucceſſit. Quo ſermone iuxta Hieronimũ, latenter accuſat diſcipulos: cũ tamẽ impoſſibilitas curãdi interdum nõ ad infirmitatẽ curãtium, ſed aduersantiũ qui curãdi ſunt fidem referatur, dicẽte dño nõ ſemel: fiat vobis iuxta fidẽ veſtram. Et propterea cũ multi leproſi eſſent tẽpore Heliſæi in iſrael, vnus tãtum mundatus eſt. Luc. 4. / 4. Reg. 5. Cap. Et illud quod nihil eſt manifeſtius: nõ poterat ibi virtutẽ vllam facere & c. Marci. 6. Capite. Reſpõdens autem Ieſus ait. O generatio incredula & peruerſa: vſq; quo tandem ero apud vos & patiar vos? Hieron y. Nõ q; tędio ſupatus ſit aliqui mãſuetus ac pius nõ aperuit ſicut agnus coram tondẽte ſe os ſuum, ſed q; in ſimilitudinem medici: ſi ęgrotũ videat cõtra præcepta ſe gerere: dicat, vſq; quo accedã ad domum tuã? Quouſq; artis perdã induſtriam, me aliud præcipiente: & te aliud perpetrante? ἕως πότε ἔσομαι. Quouſq; tandẽ. Nec eſt otioſa cõiunctio expletiua: ſed impatientiã quãdam tędiũ indicat. Curauimus Babilonẽ, hoc eſt curare voluimus, pęſum noſtrum ſoluimus, perijt labor & impęſa omnis, in his qui rurſus crucifigunt filium dei. Heb. 6. Recedamus de medio eius, pluet enim dominus ſuper eã ignem ſulphuri admixtam. Ipſe igitur ęgrotus ſe interimit, qui præcepta medici ſeruare nõ vult. Parũ eſt hoc, niſi phreneticus dicat medico, ne vltra videas faciem eam, alias ſcito te moriturum. Exo. 10. Veruntamẽ quoniam ſcriptum eſt, cum irat⁹ fueris, miſericordię recordaberis, percutis enim & medeberis, nõ enim humilias ex corde, & abijcis filios hominũ (Treno. 3.) Qui omnia diligis, & delicię tuę ſunt habitare cum filijs hominũ, hec inquã oia cum ſciamus, & illud exploratum habemus, quod dicturus es in conſequentibus, Afferte huc illud ad me. Quod enim dixit, vſq; quo tandẽ ero vobiſcum: nihil aliud ſignificauit, q; habere deſiderium ingens patiendi & hauriendi calicem illum quem accepit a patre, pro ſalute hoium. Quod autẽ iudęi vocentur generatio incredula & peruerſa: audierũt ex ore Moſi generatio praua atq; peruerſa Deut. 32. Vel iuxta prophetam: generatio que non direxit cor ſuum, nec eſt creditus cũ deo ſpiritus eius, hoc eſt, quę in præceptis dei haud ambulauit, nec credidit promiſſionibus eius, ſępe diximus, & dicturi ſumus. Incredula igitur merito vocatur. Quę enim nõ credebat ſignis quę videbat, ſicut dictũ eſt Matth. 12. Quãdo crederet eaquę quam remota erant a ſenſibus corporis? Sed oium iudęorum vna vox illa erat: niſi videro nõ credam. Imo multis viſis, velmus inquiunt ſignũ de cœlo videre. Matth. 12. Tãta erat igitur pertinacia iudaica in credẽdo, vt vix patiẽtia dei tulerit eos, in vno oẽs notans, qui adamantinũ haberet eor & ceruicem durifſimam, Et aſtulerunt eũ. Et cũ accederet, Marcus, & vidiſſet eum: ſtatim ſpiritus conturbauit illũ, & elilus in terram voluptabatur ſpumãs: Lucas, & diſſipauit eũ. Sunt enim & delitię dæmonum eſſe cũ filijs hoium, ſed intereſt. Dominus enim vt proſit & in melius ſemper prouehat creaturam ſuã: dæmones vt perdãt: elidant & agant in præcipitium aliquod. Optant enim & illi quod dixiſſe legimus C. C. Caligulam, vtinam omnis populus Romanus vnã tantum haberet ceruicem, vt ſimul omnes vno perderẽ ictu gladij, ac pio inde cum iſtiſe vidit ante vniuerſorũ iudicem, qui eum velut fulgur deturbarat, in tartara (ſiquidem poſuerũt omnem frontem: & nihil eſt quod timeant, dati in reprobũ

Luce. 10.

Prouer. 30. Auguſti?.

Dæmones

2. Reg. 24.

Origenes.

Hieronim Matth. 9

Hieroni. Eſai. 53.

Hiere. 51.

Hab. 3. Prouer. 8

Ioan. 18.

Pſalm?. 77

Ioan. 20

Prouerb. 8

Caligula.

reprobum sensum in vltimo vale torsit hoiem: quē totum nō est permissus pdere. Nō tamē diu habitabit iuxta te malignus, neq; permanebūt iniusti ante oculos tuos. Marcus, Et interrogauit patrem eius. Quātū tē pōis est, ex quo ei hoc accidit? At ille ait, Ab infantia. Et frequenter eū in aquā misit & ignem, vt eum perderet. Et hic est finis intētus dęmonū, perdere ouē illā cērenariam, quā bonus pastor vt saluaret venit. Trāsibunt aūt & lunatici isti qui iuxta sapientem vt luna mutātur & frequentius eurypo mari, ab aquis niuiū ad calorem intolerabilem, ita dūtaxat vt vernum tempus & ęstiuum in aquis feruētibus agant, hyemem in aquis niuium. Quare? Quia dedit ei deus locū pęnitentię, & ille abutitur eo in superbia. Et sequitur ibi: obliuiscatur ei? misericordia, dulcedo illius vermes. Hęc est pars eorū qui vt luna mutantur: & nunq; in eodē proposito permanēt. Sciēdum vero iuxta Paulū Rom. 1. Gregorium & Augustinū, q; quorundā peccatorū perpetrādorum satisfactio, pęna est aliorum pręcedētium: dicente Hieremia, null? est qui agat pęnitētiam super peccato suo dicēs: quid feci? Sequitur. Omnes cōuersi sunt ad cursum suum quasi equus impetu vadēs in pręliū. Qui enim primum cūctanter peccabāt, & quasi necessitate cōpulsi vel impulsi a cōcupiscencia sua illecti & delinniti, quę molesta & adolescētię (Gene. 39.) Demum laxātes frena lasciuię: sicut dicitur: noluisti erubescere, velut equi effrenes agūtur in pręlium per deuia quęq;: per tenebras & lubricū. Psal. 34. Interim angelo tenebrarum fodiētes calcarib? asinos istos: qui quasi iumēta computruerūt in stercore suo Ioel 1. Donec veniāt in profundum malorū. Prou. 18. Hoc est enim quod dicit Marcus, ab infantia factus est homo iste spelunca latronum. Si requiras, cum infantia peccati sit expers, & pęna inferri non debet, nisi subsit culpa: quomodo iuuenis hic ab infantia traditus est angelo satanę, qui eum collaphizaret? Forte peccato parētis id factum est, sicut alias diximus & dicetur Ioan. Cap. 9. Et obserua q; Paulus nō collaphizatur a satana, quia peccauit, sed ne extolleretur, & peccaret. Vnde & illud ex Iob, nō peccaui, & in amaritudinibus moratur oculus meus. Iob. 17. Legimus autem de alijs iuxta quod dicit Paulus, q; ex vtero matris sue segregātur in obsequium dei, sicut Isaac/Sāson/Hieremias/Ioannes baptista. Quare ita? Num personę respectus est ante deum? Absit, sed iuxta prophetam nimis profundę factę sunt cogitationes dei circa filios hoium: & plus distāt a scientia nostra q; cęlum a terra. Sed siquid potes, adiuuanos: misertus nostri. Iesus autē ait illi. Hoc si potes credere, oia possibilia sunt credenti. Quid est: siquid potes. Quo verbo confirmatur id quid diximus de mēte Hieronymi, q; frequenter salus donatur iuxta mensuram fidei eorum qui sanantur, licet hoc loco nō lunaticus sed pater eius misericordiam oraret. Vnde illud Esai. 51. Iuxta. 70. Sicut beta semicocta filijtui, Hieronymus. Qui semel incredulus est, apellatur beta cruda. Qui aūt simplici cōtemptus fide, absq; ratione & dogmatū veritate facit opera, potest dici beta cocta. Qui autē inter vicia atq; virtutes medius fluctuat, & duplici corde accedit ad seruitutem dei, claudicās vtroq; inguine rectissime vocatur beta semicocta: qui neq; calidus est neq; frigidus. Qui huiusmodi est (inquit Iacobus) similis est fluctui maris: qui a vento circūfertur. Non ergo existimet homo ille, q; accipiat aliquid a domino. Vnde sequitur. Tu dicis: siquid potes, adiuuanos, ego autē vice versa dico: si potes credere (potes aūt si velis: sed sine me nō potes velle Ioan. 15) Credēti oia sunt possibilia. Ergo vtrūq; altero indiget. Per quod ostēdit q; non ex defectu potētię curatiuę sed ex defectu fidei difficultas curę proueniebat. Deus quidē multa donat ingratis & incredulis: etiam cum nō rogatur: imo etiam cum dicunt ad illum betę istę crudę recede a nobis, scientiam viarum tuarum nolumus. Iob. Cap. 21. Cęterum cum rogatur: nisi fides adsit, nō concedit petita: sed si potes credere, oia possibilia sunt credēti. Iuxta quod dicit Augustinus: nihil tam in nostra potestate est q; fides. Cętera enim potest homo: facere nolens, quia cōpellitur: credere vero nō nisi velit. Nūquid enim Petrus quando dixit, nō noui illū, fidem a corde abiecerat? Absit, Quia sicut nemo potest compelli vt corde neget, sic nec compelli potest vt corde credat & vice versa. Nemo quidem potest venire ad me, nisi tractus a patre meo, sed quoniam tractus iste liber est: si tu potes credere, potest fieri q; vis. Confer fidem huius cum fide eius quę dixit, si tetigero simbriam tātum: salua ero, & videbis q; meritō dicitur huic, o generatio incredula. Siquid inquid potes? Si nō credebas illum posse quare adduxisti ad illum vnicum tuum? Sed amor parētum nullū nō mouet lapidem, quo filijs succurrat. Ad hęc Augustinus. Ex fide ideo dicit Apostolus iustificari hoiem, nō ex operibus, Roma. 5. Quia ipsa prima data, ex qua impetrētur cętera quę proprie opera nūcupātur, in q̄b? iuste viuitur. Et nota errorē Augustini de predestinatōrum. Cap. 3. q; fides esset ex nobis: & nō donum dei. Cur autē fides nō omnibus datur quęstio est apud eundem insolubilis. Sequitur ex Marco. Et continuo exclamans pater pueri cum lachrymis aiebat. Credo domine, adiuua incredulitatē meam. Hoc est credo q; potius quod hucusq; ambigebam, adiuua fidem meam: vt cōfidam q; & velis. Nam qui adiuuari petit in quit Augustinus aliquid potest. Vnde ergo dictum est, sine me nihil potestis? Sed vide quia vt aliquid possimus: adeo habemus: qui dat nobis & velle & perficere. Misericordia enim eius pręueniet me. Prę uenit vt velit si velit, subsequetur, vi offerat ouem cum cauda Leui. 22. Vnde illud. Egressus Tobias, inuenit iuuenē splēdidum istātem pręcinctum & quasi paratum ad ambulādum. Tobię. 5. Et infra. Ego ducam & reducam filium tuum ad te. Habes angelum magni cōsilij prędicentem viam nostram, & ducem se vltro offerētem accomitem, qui nos ducit & reducit, fitq; comes noster quocunq; perrexerimus: & in via hac quā gradiemur firmat super nos oculos suos sed in bonū nō in malū. Psal. 31. Amos. 9 Genes. 28 Quod autem cum lachrymis misericordiam implorat, id circo facit, quia nulla merita habebat quę allegaret. Clamor autem signū erat ingentis ex verbis domini concepte fiducię ac melioris spei, erga dominum Christum, vnde dominū eum vocat. Sequitur ex Marco. Et cū vidisset Iesus cōcurrētē

Derechos Reservados de EL COLEGIO de JALISCO

turbā: cōminatus est spiritui immūdo: dicēs illi. Surde & mute spiritus ego pręcipio tibi, exi ab eo, & amplius ne introeas in eum. Sed si surdus erat spiritus hic, quōmō audiuit & obediuit? Quomō stellę vocaęę: respōderūt, adsumus, quomodo & adolescēs qui efferebatur. Luc. 7. Quomodo Lazarus quatriduanus audiuit vocē dicētis: veni foras. Voluit autē dns turbam adesse, vt testes essēt tāti miraculi, cum alias turbam iusserit ejici, suscitaturus filiā Archisynagogi. Et ob seruā, ꝙ dominus nō iuuenē increpauit qui torquebatur, sed spiritum improbissimum. Homo em̄ fouēdus est, vicia eradicāda, vel curāda adhibito ignis cauterio, si vino nō sanantur. Vnde illud, de cōlo misit ignē in ossibus meis: & eruditur me. Eruditio hęc sanitas est animę, quando vexatio intellectū aperit & excitat mētem, quę male sana securitate torpebat. Vnde illud Canti. 2. Vulnerata charitate ego sum. Vulnera ista charitatis occidendo viuificādo: & pūgendo vngunt. Ita Apostolus hoiem sor nicarium iubet tradi Satanę, vt spiritus eius saluus fieret. Exi inquit ab eo, & amplius ne repetas hospicium tuū, id autē dixit dns, vt perfectam in lunatico ostēderet sanitatē. Nō enim raro cyclops iste trifaux domū suam reperit, si vacuā inueniat, ornatā licet (& scopis mundatam) sicorū foliis. Et exclamans: & multum discerpens eū, exijt ab eo, & factus est sicut mortuus, ita vt multi dicerēt: ꝙ mortuus sit. Iesus aūt tenens manū eius: eleuauit eum & surrexit. Matthęus, & curatus est puer ex illa hora, Lucas/ & reddidit illum patri suo. Obediuit igitur spiritus nequā pręcepto eius qui vectes posuit mari dicēs, huculę venies, & non procedes amplius, & hic cōfringes tumētes fluctus tuos. Cōfregit ergo cetus hic qui mare cōturbat fluctus suos in puero isto discerpēs eum & quasi mortuū relinquens, hoc est eo vsq; nocuit quo ad est permissus, exijt tamē nolens volens. Habes aūt imaginē peccatoris, qui diu assuetus ollis carnū ægyptiarū, cōsuetudinē in alteram mutauit naturam, iuxta illud: si mutare potest æthiops pellem suam & pardus varietates &c. Hic ergo nisi tenēte domino manum suam, nunq; resurget. Quod aūt dæmō exclamauit exiturus, ostendit ꝙ vere inuitus emigrabat. Ad hęc Gregorius super illud Iob. 40. Stringit caudam suam quasi cedrū. Sciēdum est, ꝙ plerunq; eis quos Satanas ęgerit, tūc grauiores culpas ingerit, cum pręsentis vitę termino illos propinquare cognouerit: & quo se cōsummaturū tētationem considerat, eo eis iniquitatū pondera grauiora coaceruat. Nā cū dominus diceret, pręcipio tibi surde & mute spiritus exi ab eo, exclamās & discerpēs exijt. Ecce eū non discerperat cū tenebat, exiens discerpsit, quia nimirum tūc penis cogitationes mētis dilaniat, cū iam termino egressus sui diuina virtute cōpulsus appropinquat, & quē mutus possederat, cū clamoribus deserebat. Erat aut spiritus hic surdus & mutus: nō formaliter sed effectiue. Interrogauit & tempus ex quo traditus fuerat huic tortori nequissimo, vt ex temporis diuturnitate miraculosa curatio cōmēdabilior haberetur. Ostenditur aūt & fragilis satanę potentia, qui toties tētauerit occidere puerū, mittendo in ignē & aquā nec tamen potuit: sed id fecit: quod est permissus, iuxta illud, animā illius serua ideſt vitā. Nā reuera Satanas pręoptaret perdere potiꝰ vitā Iob, ꝙ decē filios: ꝙ vxorem, ꝙ boues camelos asinos & oues, siquidem Iob pro decem milibus cōputabatur. Sed animā seruat. Vitā autē animę etiam tentauit, cū peros vxoris loquutus est, pone in cœlum os tuum, & morere. Dicens aūt: & morere, suadet ei vt vitā sibi abrūpat laqueo, imitatus Iudam Vtrāq; igitur mortem fugit illi satanas ore vxoris, sed neutram intulit, quia nō est permissus. Electi enim eius electe sunt, verum non raro tubetur cetus hic euomere Ionas quos vorauit, vnius quorum vox illa est, eruisti animam meam ex inferno inferiori. Psal. 85. Et cum introisset in domū/ Matthęus & Marcus. Discipuli eius secreto interrogabāt eum. Quare nos nō potuimus ejicere illum? Dicit illis Iesus, Propter incredulitatē vestram. Amē quippe dico vobis: si habueritis fidem sicut granū sinapis: dicetis mōti huic, transi hinc illuc: & transibit. Et nihil impossibile erit vobis. Cęterum hoc genus in nullo potest exire, nisi in oratione & ieiunio. Igitur omnia tacita spectabāt apostoli, nō audentes interpellare dnm, & cōsiderantes apud semetipsos quomodo egre sanatus fuerat filius, cuius pater nec calidus nec vel tepidus fuerat in credēdo, pręterea acceperāt apostoli potestatem super oia dæmonia, de quo &. 70. Gloriati sunt apud dominū. Quare ergo hunc solum inter tot a se expulsos ejicere nō potuerūt, cępit animos illorū sollicitudo quędam humana, ne aliquo demerito suo (delicta enim quis intelligit?) Hanc gratiam gratis datam perdidissent, quomodo dixit Hęliseus, anima eius in amaritudine est & dns celauit a me. Nō enim semper spiritus sanctus tangit mētes prophetarū, sicut dictum est cuidam, linguam tuam faciam adhęrere palato tuo, Sic Heliseus tentauit diuidere aquas Iordanis, nec obtinuit primavice. Sic Helias orauit ꝙ pluuia, nec id cōsequutus est, vsq; quo septies orauit. 3. Reg. 18. Verū est ergo ꝙ spiritus prophetię nō semper adest prophetis (Vide. 4. Reg. 5) Necsermo prędicatoribus, nec virtus edēdi miracula apostolicis viris, illi tamē timebāt ne suo demerito hāc gratiam perdidissent: iuxta illud, auferte ab eo minam. Interrogabāt eum ergo secreto, (nam apud multitudinē pudore suffusi silent) semotis arbitris, dicētes. Quare nos nō potuimus hūc dęmonē ejicere, cū potestas hec a Iste nobis semel sit tradita? Respōdit dns. Propter incredulitatem vestram. Ergo nō manifeste sibi metuebāt apostoli. Chrysost. Sicut multoties accedentis fidei sufficit ad effectū miraculi, sicut patet in Cēturione & Cananęa, ita multoties faciēsium miracula sufficit fides: etiam non credentibus illis, sicut patet in eo quē a mortuis excitauit beata Agnes, & in omnibus signis quę fecit Moses in Exodo. Cap. 7. & 9. 10: &c. Hoc aūt loco ab virisq; ab erat fides, quia ille frigidus erat pater videlicet pueri, & apostoli ad multū tepidi, lunaticus surdus & mutus. Apostoli enim audiunt, propter incredulitatē vestram, pater autē pueri, o generationē inquit incredulam. Potest dicere dæmō iste neq; illud ex actis, Iesum scio, scio & Paulum vos aūt qui non creditis, quomodo

Baruch. 5
Matt. 9.
Tren. 1.
Esai. 28.
1. Cor. 5
Matth. 8.
Iob. 28.
Num. 11.
Hierem. 13
Gregorius
Iob. 2.
2. Reg. 18
Matth. 27.
Ionę. 2.
Luc. 10.
4. Reg. 4.
Ezech. 5.
4. Reg. 2
Luc. 9.
Chrysosto
Cap. 19.

siomed Iesu inuocatis? Rom.10. Petite inquit in noie meo & accipietis. Ioan.16. Hieron. Ergo quotiens Hieronim
nō accipimus nō prestantis est impossibilitas: sed culpa deprecātium. Si enim habueritis fidē sicut gra
nū sinapis, &c. Hieronymus. Mons iste dæmō qui expulsus fuerat intelligitur. Vnde stulticię arguendi
sunt qui dicunt, omnes credentes ne paruā quidē habuisse fidem, quia nullus eorū mōtes trāstulerit, &
ecce dęmonia subiciuntur eis. Sed hoc genus dæmoniorū nō nisi in oratione & ieiunio, Sunt ergo for
te alia genera quę leuius expelluntur. Sunt & quę difficilius, De hoc Luc.17. Ibi domine ad auge nobis
fidē. Cęterum dęmones nihilo magis coguntur exire per ieiuniū & orationē, & sathanas adsonū cytha 1. Reg.16
rę. Nā si ieiunio & oratione cōguntur exire, quare dictū est, propter incredulitatē vēstram? Vtrūq; igi
tur necessarium erat, sed fides potius. Disponitur tamē animus credentis contra potētiam dæmonū, &
roboratur cum oratione tum & ieiunio. Apostoli aūt cōmorante dño in monte, turbis admixti: nec ie-
A iunabant neq; orabāt: fidē autē satis modicum habebant, vt pote qui nō habebāt quātitatē vnius grā
ni sinapis, tantula enim fide possunt mōtes transferri. 1. Cor.13. Quod autē dicit dns: & nihil impossibi-
le erit vobis: eodem modo intelligitur sicut illud, oia possum in eo qui me cōfortat. Sic enim cōfortan- Phil.4.
te dño sanctum Iacob: pręualuisse visus est angelo quo cum luctabatur Genes. 32. Dicēte angelo: dimi
tte me aurora est. Vnde tārę vites in Iacob? Nēpe quia iuxta Oseę. 12. Fleuit & rogauit eū, hoc est ora-
uit & ieiunauit, & credēdo luctatus est vsq; manę. Factum est tamē aliquando iuxta Beldacē ad litte Beldacus.
rā vt mons trāsferretur alio, oratione cuiusdam sancti viri: cū improperarent tartari christianis hūc lo- Eutebius
cū euangelij. Et Eusebius narrat simile de tupe, quę oratione sancti viri Gregorij cessit tūm spacij quan-
tum opus erat ad condendam ecclesiam.

Caput. xi. Iesus nolebat conuersari in iudea & quare de festo scenope
B gia. iterum prędixit eis quę & quāta passuri erat in hierusalem. ad quę
tamen illi penitus erant velut statuę.

IT inde profecti prętergrediebantur Galilęam, nec volebat quēq; Matth.17.
scire. Nō enim volebat (Ioannes) in iudęā ambulare, quia quęrebāt Marci. 9
eum iudęi interficere. Erat aūt in proximo dies festus iudęorū scę Ioan.7.
nopegia. Cū audieris, nō volebat quemq; scire vbi esset, & nō volebat in iu- Luc.12.
dęam ambulare, simul & memēto verbi illius: oblatus est quia ipse voluit, & ḡn
do voluit. Esa.53. Itē illius, baptismo habeo baptizari: & coarctor donec perficia-
tur igitur velut furtiue Galileā, & in iudęam cōuersari nolebat: ne irritaret ac sus-
C citaret ocipedes illos phariśeos vltro currentes in effusionē sanguinis innoxij cu-
ius illi sicētissimi erant (Verbi grā) Statuerant iudęorū principes, ac cōsilio definito decreuerant: Dnm Ioan.11.
Iesum quouis modo e medio tollere, illud tantum cauētes, ne fieret in die festo, nō propter festi religio-
nē, sed propter tumultū qui suboriri posset in populo: & ne perderent prędā, Verū oblata occasione iu-
dę dicētis, ego eum vobis tradidero, cōsilium mutauerunt in deterius quasi sapientes: pacti cum eo argē
teos/30. Hanc igitur ansam ne daret eis dominus, subtraxit ab breue pręsentiam, quia oia tēpus habēt
& ante condendum erat euāgelium, & facienda miracula. Nā propter eandem causam fugit in ægyp-
tū: & elapsus est de manibus volētium eū precipitare. Luc.4. Augustinus ponit alteram causam dicēs. Matth.2.
Quādo latuit vt homo, nō potentiam perditissę pudendus est, sed exēplum nostrę infirmitati prębuisse. Augusti?
Ille enim quando voluit captus est, ligatus & atconsus, videlicet quādo soporauit potentiā suam in gre Iudi.16.
mio dilectę suę. Nā & Samson tertio ligatus est, sed frustra, hoc prefigurabat, & dns sępe insidias iudęo
rū perpessus est, sicut habes, Matt.2./Luc.4./Ioan.3. Cęterum quādo voluit noster Sāson sciens & pru Figura.
D dēs manuum misit in ignem, cōcussit tēpli colūnas & mortuus est triduum. Sed quoniā erat futura men-
bra eius fideles qui non haberent illā potestatem quā ille habebat: & latebat, & se tanq; ne occideretur
occultabat, hoc indicabat factura esse membra sua, quorū ipse caput erat. Sic igitur significatū est in ea
pite, & futurum erat in corpore. Ita refert historia de sancto sebastiano viro cum primis religiosissimo. Sebastian?
Christo cotidie sedulum exhibebat officium, sed agebat hoc quatenus sacrilegis regibus esset occultum
nō passionis timore per territus, nec patrimonij sui amore cōtractus, sed ob hoc tantū sub christianyde
terrent imperij: christi militia gerebat abiecta, vt christianorū animos quos in tormētis videbat de- Iacob.28
ficere confortaret, & deo redderet animas, quas sathanas conabatur auferre. Fugit & Iacob in Messo-
potamiam, ne iram irritaret fratres, cuius benedictionem anteuerterat. Est & aliud fugę genus (oportet
enim sapiētem quendā protheum agere si res erat) de quo i. Reg. 21. Venit Dauid ad Achis regem Geth Prouerbiū
fugiens a facie Saulis. Dixerūt & serui Achis eo cōspexerūt. Nōne hunc cōcinebāt puelię per choros dicē- 1. Reg. 18.
E tes, percussit Saul mille & Dauid decem milia? Extimuit igitur Dauid hec audiens a facie Achis: ne cu
piens vitare Charybdim in Scyllā incidisset. Sūptum est autem prouerbiū ab homerica fabula, quę na
rat Vlixem dum metu Charibdis propius ad scyllam: nauem admouet, sex e comitū suorum numero
perdidisse. Saluitius putat Scyllā saxum esse in mari prominens, quod procul visentibus muliebrē for-
mam imitetur: in quod illisi fluctus, quoniā & luporum eiulatum & canum latratum videntur imitari
finxerunt illā a pube huius modi feris succinctam esse. Quoniā ergo fugere pedibus nō dabatur, muta-
uit Dauid os suum corā eo: & stultorum more collabebatur inter manus inimicorum: & impingebat
in ostia, vel iuxta Hebręos pingebat in ostys (vtens carbone pro penicillo) quasi stultus: & defluebāt Prouerbiū
salius eius

Origenes dicit q̃rãt furores, Leui.23.

Figura. Num 15

Deut.29

Exo.40.

Matth.17. Figurã. ps.83. Canti.2

Thomas.

Plinius.

Ruth.3 Figura.

Genes 28.

Plato.

Esai.5.

Ioan.3

Bachanalia.

Herodot.

Lupa.

Dñ Rom.

saliuę eius in barbã. Et sequitur. Et ait rex. An desunt nobis furiosi, quia introduxistis istum, qui furet me p̃sente. Dimittite illum hinc: ne ingrediatur domũ meã. Simulauit igitur Dauid insaniã, vt tutus esset apud hostes Israel. Quod ergo Dauid fecit: simulãdo insaniam, hoc fecit dominus subtrahendo a pharisęis p̃sentiã suam. Erat aũt in proximo dies festus iudęorum scenopegia. Dicitur aũt scenopegia a σκηνη, scenos, quod est vmbra vel tabernaculũ, & πηγνυμι, pegnymi, quod est figo, quasi dicas fixio tabernaculorũ. Vnde & Paulus artifex erat scenofactorię artis hoc est tentoriorũ. Actu. 18. Vnde vocatur pellio a Chrysostomo. Hec est interpretatio huius nominis, quicquid alij somniẽt. De hoc ita sanxit lex. A. 15, die mensis septimi a Marcio, erũt ferię tabernaculorũ septẽ diebus dño, cõgregatis fructib? terrę vestrę. Die primo & die 8 erit requies idest sabbatum. Sumetisq; vobis die primo fructus arboris pulcherrimę, est aũt malus citrea, spatulasq; palmarũ & ramos myrti, & salices de torrente, & lętabimini corã deo vestro, & habitabitis in vmbraculis septẽ diebus, vt discãt posteri vestri, q̃ in tabernaculis habitare fecerim filios israel, cũ educerẽ eos de terra ægypti. Leuit. 23. Ratio igitur institutionis festi huius ex textu isto liquet, vt videlicet qui alias obliuioſi erãt (vnde iubẽtur fimbrias in pallijs assuere, vt recordentur mãdatorũ dei) discerẽt q̃ in tabernaculis habitarint patres eorũ annis quadraginta. In q̃ cõmendabilis est dei clemẽtia, prouidẽtia atq; iusticia. Clemẽtia q̃ pepercerit eis iuxta Ezechiel. Cap. 20 toties volẽtes in ægyptũ reuerti. Prouidẽtia, q̃ pauerit eos annis 40 vestimẽta eorũ calceamẽta seruando illesa. Iusticia. q̃ cũ infra dies decẽ cõtingere potuissent terram fluentem lacte & melle: tandiu in deserto nube nõ deserente castra, commorati sunt: donec impleretur ann? quadragesimus, & interimerẽtur omnes qui a viginti annis & supra egressi fuerãt de ægypto, Vide Nũ. 26. Cap. 1 ten Deut. Cap 1. & 2. Cęterũ iusta mysterij tabernacula quę iudęi habent collectis fructibus erigere, ea sunt de q̃bus Petrus, faciam? hic tria tabernacula Et propheta o q̃ amabilia sunt tabernacula tua dñe virtutũ atria altaria, nidi quos passer inuenit, vbi reponat pullos suos. Deniq; & colũba illa quę extra arcã non inuenit requiem pedibus suis: habet foramina in cauerna macerię & in foraminibus petrę, vbi requiescit. Filij hominũ in tegmine alarum tuarum sperabunt. Psal. 35. Cauerna macerię ea est exqua crate detracta, Eua formatur, & intra quam Thomas manum misit, & requieuit spiritus eius in pace in id ipsum. Psal. 5. Foramina petrę loca sunt clauorũ. Vmbra alarũ Christi crux christi est, vbi tanq; in tabernaculo pastor cubuit in meridie Cantic. De hac vmbra dicit sponsa, sub vmbra illius desideraui, & sedi. Et requitur defructibus arboris pulcherrimę: & fructus eius dulcis gutturi meo. Myrtus bonț odoris est, & significat famã eius de quo sponsa, vnguẽtum effusum nomẽ tuũ. Cant. 1. Et rursus. Christi bon? odor sumus in omni loco. 2. Cor. 2. Salix aũt castitatis est insigne. Plinius lib. 24. Cap. 9. Salicis flos tritus cũ foljjs furfures purgat in facie. Folia cõtrita & pota in tẽperantiam libidinis coercent atq; in totum auferunt vsum, sępius sumpto. Hęc ille. Quod aũt dicit textus q̃ dies octaua huius festi erit sicut dies prima, illud signifícat: q̃ illi iusti colligẽtur in horreis cælestibus die octauo idest in resurrectione oium: qui festa legis hic spiritualiter celebrauerint septẽ diebus idest per totã vitã quę diebus iste euoluitur, in quibus Martha circa multa occupatur. Luc. 10. Trãsibit enim Ruth (ipsa est ecclesia) apud Booz vbi noctu requieſcit in spe ad amplexus eiusdem, vel ad amplexus Rachelis. Genes. 29. Transibit in quã a frõdibus & fructibus ligni pulcherrimi ad fructus ligni vitę: quod est in paradiso Dei. Hęc sunt igitur tabernaculorum festa ve a, quę in mysterio Hebręi celebrare iubentur, quibus oia in figura contingebãt, quorũ vox est, aduena ego sum & peregrinus, sicut oẽs patres mei. Psalm. 38. Hinc & illud quod legimus, Abrahã toties mutasse tabernaculũ suũ spacio annorũ cẽtum. Nã annorum 175 mortalis est, annorum 75 iubetur egredi de terra sua. Genes. 12. Vide super illud, ecce audiuimus eum in ephrata. Psal. 131. Cęterũ iuxta Platonẽ deus hoium labores miseratus, sacra festaq; instituit, in quibus humana fragilitas recreetur. Est enim iuxta Metrodorũ vita sine festiuitatibus, sicut lõga via sine diuersorijs. Ad hoc pertinet quod scriptum est in institutione festi huius, lętabimini corã dño deo vestro, id quod vere fiet in patria collectis fructibus, sicut scriptum est, dicite iusto q̃m bene, quoniã fructum adinuentionũ suarũ comedet, quãdo requiescet sub vite sua, & sub ficu sua, nullo eos hoste deterrente per circuitum. 3. Reg. 4. Erãt aũt apud Romanos sacra quędã quę bonę Deę dicebantur ad quę hoies omnino nõ ingrediebantur, vt mulctius nerẽt. Cęterũ Bachanalia noctu celebrabãtur (qui enim male agit, odit lucẽ) vbi nudus vterq; sexus impurissime cõmiscebãtur: tyrijs Pãpinisq; vincti: ex his aũt duobus festis collatis ad inuicem, intelliges quibus technis quibusq; impostoris serpẽs prudentissimus fallebat gen? humanũ, nũc castitatẽ cõmendans in sabbatis vel quattuor vestalibus, nũc eam prostituens terrarũ quęque versus. Erant & athenis sacra eleusinę cereris: quibus nemo nisi delicti conscius intererat, non impune exiturus, si secus adisse tentaret. Perse neq; statuas neq; tẽpla neq; aras extruunt, & qui hęc faciunt insanos putant, ob id vt meã fert opinio inquit Herodotus, q̃ nõ vt græci sentiũt, deos ex hoibus esse eos tos. Moris habent, excelsissimis cõscensis mõtibus, Ioui hostias immolare, omnẽ gyrũ cęli Iouem appellãtes: soli lunę q̃ sacrificant, telluri, igni aquę & ventis quibus solis gubernantur. Habẽt Romani terę portenta quę prę finita erant, Lupã Romuli nutricem, quã diuinis prosequuti sunt honoribus quę cũ vxor esset Faustuli, propter vulgati corporis vilitatẽ, lupa inter pastores idest meretrix apellata est. Habẽt & Floram eiusdem probitatis fęminam, habẽt deam Cloacinã: deos pallorẽ & pauorẽ, deã febrẽ, venerem caluam, deã mutã vnde nati sunt Lares. Denique habẽt Adonidem & deum terminum, qui nihil aliud est q̃ vnus lapis, qui cedere noluit Ioui, quãdo Tarquinius capitolũ ędificare instituit. Cũ enim eo in loco multa essent deorum sacella, oibus consultis per augurẽ: cesserunt loco, dempto lapide hoc, qui forte sũ motus esset a natura & surdus cõsequenter, non audiuit augurẽ consulentem aut cedere

cedere vellet soui optimo Maximo lenoni adulteroq; qui nutu suo totum treme facit olimpum. De his hactenus. Nos enim adoramus quod scimus: illi quod edocti sunt ab eo qui dixit, eritis sicut dij. Quia enim ipse nō potuit esse altissimo similis in cęlo, fecit quod potuit, vt velut deus coleretur in terra. Seq̄tur ex Ioāne. Dixerunt aūt ad eum fratres sui. Trāsi hinc & vade in iudęam, vt & discipuli tui videāt opera tua. Nemo quippe in occulto quid facit, & quęrit ipse in palā esse. Si hęc facis, manifesta teipsum mūdo. Manifestationē suam in iudęa vocāt manifestationē mūdo, quia propter cōcursum iudęorū ad tēplum qui dispersi erāt toto orbe hierusalē famosa ciuitas erat: vbi & erat summa totius populi, & Romanus prędes. Nec enim fratres eius credebāt in eum. Cū igitur dominus Iesus multis editis miraculis multā sibi excitasset inuidię materiā (sed apud scarabeos) apud suos (figulus enim inuidet figulo, & faber fabro) Nazaręus videlicet, apud quos eo magis contēptui erat, quo domestice notus esset intus & in ute vt illi falso opinabātur: quā flāmam magis ac magis excitabat domus ac parentū sors infima: iuxta quod lilium erat conuallium: secessit inde in Galileā. Quoniā aūt ad tēpli celebritatē & festi imminētis solēnitatē multa turba concurrebat quot annis ex circū ad facēdas prouintijs, iuxta illud ex actis Cap. 2. Erāt in hierusalē in festo pētecostes viri religiosi ex omni natione quę sub cęlo est, ibi affines dñi Iesu iuxta quod formā serui accepit, rudes adhuc (nō loquitur euāgelista de Simeone & Iuda qui & Thadęus vel Lebbęus: Iacobo & Iosepho qui fres domini appellātur) & nihil aliud ꝙ quę carnis sunt sapientes, reti propinquitatis iure: quippe qui alias Voluerūt dūm Christum ligare: rati in furorē versum: accedunt confidētius ꝙ par sit, & cōsiliū suggerūt nō inutile iuxta vanitatē capitis sui. Dicūt ergo. Trāsi hinc & perge in iudęam regni iudęorum caput, vbi licebit multos aggregare discipulos, si videāt opera quę facis. Hęc autē hortantur eum, vt qui esset glorię quidē cupidus, alias aūt subtimidus. Diu inquiunt delituisti apud Galileos, trāsi in iudęā si in summo vis esse honore apud omnes. Si de cœlo veniti, id quod frequēter habes in ore, fac id mūdo sit notum. Nemo quippe in occulto quid facit &c. Græce. καὶ ζητεῖ αὐτὸς ἐν παρρησίᾳ εἶναι: Id bene antos en parrisia ine, ideſt, & quęrit ipse in libertate esse, hoc est libere & audacter loqui. Ne vero subeat tibi admiratio, cognatos domini Iesu oratione tā arrogante & impiam ac prorsus perfrictę cuiusdā frōtis habuisse ad dūm Christum, quando quidem nec illi qui summa necessitudine & carnis cognatione ei coniuncti erāt, credebant in eum. Ita verum est illud, nemo propheta acceptus est in patria sua. Ad hęc Theophyl. Nullus in occulto quid facit, id quod est formidinis, & quęrit ipse in palā esse, id quod vanę glorię. Si bona sunt quę facis videāt opera tua, & glorificent patrē tuū nescimus quē. Si autē te occultas manifestum est, ꝙ mala facies: odis lucem. Ipsa igitur propinquitate faltidierūt eum sicut illud, & quis pater eius? Quod igitur dicūt: nemo in occulto &c. Formidinem incusant, suspicātes simul quę sic bant, nō vere facta esse, dicētes vero: & quęrit in palā esse, amorē glorię etiurunt. Verū ꝙ dominus nō formidine subtraxerit se a iudęa, sequentia manifestāt. Nō formidabat, qui pharisęorū & sacerdotū vitia digito notabat, id ꝙ nō semel. Glorię vanę nō tenebatur cupiditate, quia mittens cōsiliarios suos in templū, ipse solus perstat. Gloriā tamen cū voluit: accepta a pueris cōcinētibus Osiana, Matt. 21. A Simeone & Anna. Luce. 2. A patre ad Iordanis baptisma. Luc. 3. Et in mōte Thabor. Matth. 17. Et rursus Ioan. Cap. 12. Denię vix dum editus erat in lucē & ecce exercitus angelorū cōcinunt gloria in excelsis deo. Luc. 2. Et illud: beatus venter qui te portauit. Luc. 11. Dicit ergo eis Iesus: tēpus meū non dū aduenit, tēpus aūt vestrum semper est paratum. Respōdet ad illud, si hęc facis, Non potest mundus odisse vos. Me aūt odit, quia testimoniū perhibeo de illo, ꝙ opera eius mala sunt. Christus erat odio iudęis: nō propter ignorantiā mirabiliū quę patrabat, sed quia veritatē prędicabat. Vos ascēdite ad diē festum hunc, ego aūt non ascendā ad diē festū istum quia meū tempus nō dum impletū est. Quod dicit ego aūt nō ascendā, Græce est prędentis tempo-
ris: Ἐγὼ οὐπω ἀναβαίνω, ego vpo anabeno, ideſt ego nōdū ascēdo, alioqui mentitus videri poterat (absit) qui se negauerit ascēsurum cū tamen ascenderit, festo iam dimidiato. Habant igitur dño cognati sui cōsilium cōsequēde glorię veluti sęculariter monētes ne esset ignobilis & latitaret, sed acquireret sibi nomē iuxta noia eorū qui fuerūt famosi in terra. Et dñs. Tēpus exaltationis meę prędedet ignominia crucis, dicēte Paulo, propter quod deus super exaltauit illum, sic Amā exaltationem in ligno. 50. Cubitorū prędessit exaltatio eius, qua rex Assuerus posuit solū eius sup oēs principes quos habebat. Nam & illi gloriā quęrebāt qui audierunt, ne scitis quid petatis. Videtis quo & nō qua eundū sit. Domin? vt ordinate peruenirent ad vitā: reuocat eos ad vitā. Patria est vita Christi qui ipse est & vita: via est passio Christi. Potestis bibere calicē? Ecce qua venitis, ad celsitudinē quā desideratis. Qui recusat ingredi viā, quid quærit patriam? Delectat vos magnitudo prędiorum, nō terreamini magnitudine certaminū & laborū. Ita ꝙ gloria vt cōiter sequitur fugientes: & sequētes se fugit. Theophyl. Tēpus hoc lugē di est: lamēti tempus est, cū veritate quidem obsistitur, diuina autē voluntas nō seruatur. Vestrū igitur tēpus qui cū iudęis conspiratis, & mūdo additi estis. & terrena tantū sapitis, semper est paratum. Ducite in bonis dies, iugulate arietes, coronate vos rosis: cras imo forte hodie morituri, vocate noia vestra in terris vestris, Psal. 48. Erigite turrim pertingentē ad cœlū. Genes. 11. Meū ver precedet mors & crucis obprobrium, ideo tempus meū nō dum adest. Testudines tāte magnitudinis indicū mare emittit, vt sin gularū superficie habitabiles casas integāt, atq; inter insulas rubri prędipue maris his nauigēt Cymbis Capiuntur multis quidē modis, sed maxime euectę in summa pelagi, toto dorso (per trāquilla fluitantes) eminente. Quę voluptas libere spirādi in tm fallit oblitas sui, vt solis vapore sicato cortice, non queāt mergi, inuitęq; fluitent oportuna venantium prędę, sed fefellit eas vernum tempus. Titus captis

Ioan. 4. Cap. 7

Cantic. 2.

Matth. 5.
Marc. 6.
Marc. 3.

Luc. 4. Theophyl. 1. Reg. 10.

2. Reth. 7

Hester. 5. Matth. 26 Augusti. 8

Theophyl.

Esai. 22. Sap. 2.

Titus

hierosolymis,

hierosolymis, omnia circũ loca cadaueribus replêuerat. A finitimis aũt gẽtibus ob victoriam coronam
Plinius. offerentibus respuit, dictitans se tali honore inoignum, nõ enim se esse taliũ operũ auctorem: sed Deo
ira cõtra iudęos demõstranti suas manus prębuisse. Et hic coronã quam apud exteros respuit: apud suos
promeruit. Sed si tẽpus dñi nõdum aduenerat, quare & ipse ascendit post quattuor dies ad diem festum?
Ascẽdit, sed secreto, sed nõ ad delitias, quibus soluũtur cõmuniter hoies diebus festis. Nã quãdiu pascha
Luc.12 cũ suis nõ manducauit, nec baptismo baptizatus est Sanguinis sui, coarctabatur reuera. Tẽpus inquit
vestrũ semper est paratũ, lata est via amęna & prona & a multis deteritur, verum labyrinthus est vnũ
Matt.7. tantum habens ingressum imo multos, exitum nullũ, Verũ quis recte factis grassetur ad immortalitatẽ
si cælum datũ est ijs qui terra indigni erant? Nã reuera in tanto principũ Romanorum numero (vt decę
teris taceã) vix paucos reperies tolerabiles, paucissimos probos, plerosq; ostẽta potius q̃ hoies: & hũa-
ni generis pestes. Iulius sanguine parauit imperiũ, vnde amicissimorũ cõiuratione periit. Augustus res-
Cęsares. titutor pacis tẽporalis, alias ęquus. Sueto. Cap. 15. Sub cuius imperio nascitur rex pacificus. Tiberius tristi-
ssimus otium mortalium, luxuriq; auariciq; & cedibus vacans: Caligulę nepotis astu periit. Caligula fax
humani generis dictus, qui vnã ceruicem optabat Romano populo, cõiuratione occiditur. Claudius ve
boleto. Nemo portẽtum Romani imperij, qui imperij Romani maiestatẽ parẽtum cędę polluit, libidi-
nis adeo effrenatę vt matri vim intulisse credatur, sua ipsius manu periit. Galba ęquitia & auaritia in-
pugione transfixit. Inuasit & imperium vitellius, hõ ingenio ędo: vẽtri natus, & q̃d vsu in his venit ę
uitia par, periit morte otium ędissima, per vrbẽ tractus. Post tot tyrãnides successit tolerabil' princeps &
iuxta humanã iustitiam laudabilis fere per otia Vespasianus. Successit & huic Titus delitię Romani po-
puli. Domitianus cędę illustrum virorũ inuisus otibus, suorum cõspiratione sublatus est. Nerua bonus &
& clemẽs, & qui semper de otibus bene meritus esse videatur. Optimus omnium Traianus. Quãta fue
rit in eo bonitas acclamationes fieri solitę principibus declarãt, cum Augusti fęlicitatẽ bonitatẽ Traia
ni his ad precarentur. Taceo de cęteris, quia vix inter sex vnũ reperies qui dignus fuerit mediocriter Ro
Domitius insanię tribuẽdum videtur potius q̃ impudẽtię. Fertur enim equis auriga, nec audit currus habenas, du
cũtur enim hoies sensualitate nõ ratione: tẽpus vidẽtes paratum. Et tamẽ Octauian? Augustus vir eru
ditus & perspicax & perpetuo sanus, id quod raro reperies in his qui sedẽt in lateribus aquilonis, nõ se
mel deponenda imperij mole cogitauit: & fecisset, si nactus fuisset in cuius humeros citra publici statu
Augusti?. detrimẽtum onus reclinare potuisset. Sed aues istę bene ominatę raro orbẽ nostrum inuisunt. Inter ces
tum qui imperium inuadũt, vnum vix reperies Gregoriũ qui deponat. Tẽpus enim vestrum semper est
paratum, & tamẽ multi retibus vẽtos venantur, & cerui hiantes ficut Amã & Adonias nõ raro cele-
duntur. Vide Esther. 6. & 7. Cap. Nõ potest inquit odisse vos mũdus. Quare ita? Omne animal diligit
bi simile. Eccl. 13. Et volatilia aggregãtur ad ea quę sunt sui generis. Vnde illud. Venite coronemus nos
rosis. Sap. 2. Venite ędificemus turrim. Genes. 11. Venite sumamus vinũ, comedam?, cras moritur. Esa. 22
Alij dicũt, venite inũdemur sanguini, deglutiamus insontẽ sicut infernus viuentem. Venite occidamus
eum. Matt. 21. Vides quomodo otia animalia aggregãtur ad sibi similia. Non ergo potest mũdus odisse
amicos suos, qui vt ei morẽ gerãt ambulant vias difficiles, nec in vacuum, nã comedent & ipsi fructus
viarũ suarum. Prouer. 1. Me aucẽ odit, quia testimoniũ perhibeo de illo &c. Vnde illud. Ecce inquiunt
hęres venit, qui olim somniabat: venite occidamus eum. Oderãt eum inquit scriptura & adeo oderant
vt nec possent illi qui cũ pacifice loqui, cũ frater esset, sed nõ ex matre, imo dominus Iesus os erat & cor
ro iudęorũ, sed ex matre tãtum. Et venite inquiunt videamus si sermones sui veri sunt, quibus testificat
Genes. 37. de mũdo q̃ opera eius mala sunt, morietur: ipsissima cõdemnemus eum. Nam grauis est nobis etiã ad vi
Sap. 2. dẽdum. Vide cõsummati odij manifesta signa. Nõ possumus videre (tolle crucifige eum) non possumus
audire: nõ pacifice loqui, occidamus eũ. Quare? Quia testimoniũ perhibet de hoibus huius mũdi, quia
la sint opera eorũ. Vos igitur qui ciues mũdi estis: hospites ęsti, & ore aperto vẽtos hauritis, qui Dauid
deserto, toto corde sequimini Absalonẽ, ascẽdite ad diẽ festum, ego cõuertam festiuitates vestras in luc-
2. Reg. 15. eum, & cãtica vestra in planctum, &cẽ. Prętcrit enim statua mũdi huius quã adoratis in puncto, iuxta
Amos. 8 Iob: & velut somniũ horę vnius iuxta Dani. Cap. 2. Ego aũt nõ ascendam. Hierony. Impossibile est
Hierony. placere omnibus, nec tãta vultuum quãta sentẽtiarum diuersitas est. Nõ oibus placebat dominus Xps,
nec rursus apud omnes veritas quã prędicabat pariebat ei odiũ, quia inter cõfertos palearũ cumulos &
aceruos, reliquit sibi dominus septẽ milia grana, quorũ quodlibet pro decẽ milibus cõputatur, qui veri-
tatem complexi sunt, & pro illa tuenda in area huius ęculi ferreis tribulis attriti sunt, & cõculcati pedi-
3. Reg. 15 bus multorũ tumẽtorũ. Verũ nõ in perpetuum triturans triturabit, nec vexabit frumentũ rota plaustri,
nec vngulę suis cõminuet eũ. Esai. 28. Nã frumẽtum reponetur in dominicis horreis. Matth. 3. Vę aũt
Matth. 17 Assur virga furoris mei. Esai. Cap. 10. Sequitur. Conuertantibus aũt in Galilęa stupebãt om
Marci. 9. nes in magnitudine dei. Oibusq; mirãtibus, in oibus quę faciebat, dixit ad discipu-
Luce. 9 los suos. Ponite vos in cordibus vestris sermones istos. Futurũ est enim vt filius ho
minis tradatur in manus hoium: & occident eum & tertia die resurget. Et contrista
ti sunt vehemẽter: & ignorabãt verbum: & timebãt interrogare eũ: iuxta Marcũ, Lu
cas ita dicit. Erat velatũ ante eos verbũ: vt non sentirent illud, & timebãt eum interro
gare de hoc verbo, Quod stupebãt omnes in magnitudine operũ domini, refertur ad sanationem
Lunatici. Es

Lunatici. Et iuxta Augustinū: omnes quātum reor mirabātur, sed nō omnes cōuertebāntur, quia iuxta Paulū nō omnes obediūt euāgelio. Rom. 10. Sed multi ingrediuntur rete Petri, & ex tam multis piscib? vix vnus & alter apponitur Christo in mēsa. Ioan. 21. Et is āssus (Laurentius) trāsiuim? enim per aquā & ignē: & eduxisti nos in refrigerium. Deniq; ex septē animātibus mūdis arcam ingressis vnum tātum offertur dño in holocaustum. Mirātibus igitur oībus opera Christi, iterum atq; rursus ingerit suis de excessu mortis suę sermonē dicēs. Ponite in cordibus vestris. Forte autem apostolo, titillabat aura quędam ppłaris glorię, qui talem nati essent doctorē, qui & admirabil' esset apud oēs, in cuius noīe & ipsi eadē patrarēt miracula. Vos inquit de victoria tractatis, deq; spoliis diuidēdis: de sedēdo in mōte testamenti. Augustus Nō meministis scriptum esse, nō glorietur accinctus ęque vt discinctus: Id potius vobis curādum, vt imitemini magistrū, & facta ris quod me videritis facere. Iudi. 9. Futurum est oīno, vt filius hois tradatur in manus hoium. De hoc dictū est Matth. 16. Hoc ergo figite alte in cordibus: crucē flagella & cōtumelias omnis generis, hac enim itur ad astra. Grece tamē nō est, ponite in cordibus vestris: sed εἰς τὰ ὦτα ὑμῶν ista ota hymon idest in aures vestras: hoc est diligēter auscultate quę dicturus sum. Refertur enim ad sequētia. Porro in auribus dixit potius q̄ in cordibus, propterea q̄ nō essent intellecturi. Sequitur enim mox, & cōtristati sunt vehementer, & ignorabant verbum. Nimirū videbatur illis Dominus reuocare cicatricē: quę iam p tēpus coierat, & obduxerat cutē. Quę enim grauius dolēt: etiā ante tactū cōdolescūt. Augustus filiarū suarū & neptis infamē vitā morte ipsa grauius tulit, nec eas aliter appellare consuescuerat, q̄ tria carcinomata sua, nimirū q̄ earum nō sine cruciatu recordaretur. Quod si Cęsar vitam infamē filiarum dolebat, multo magis apostoli mortē eius ptopter quē omnia reliquerāt. Ignorabāt em morte Christi mortē abolēdam. 1. Cor. 15. Cōtristati sunt ergo, & vehemēter cōtristati, nec aduertebāt quod sequutū est, tertia die resurget. Illud aūt obseruandū quomō apostoli tristātur idq; vehemēter, nō intellectis verbis Christi: tradetur filius hois in manus hoium. Sed adeo amore in hęserāt dño amari digno sup amorē mulierū, vt nō sustinerēt ęquis auribus audire: q̄ esset moriturus, idq; licet nō crederent fieri posse vt mors dñaretur Christo, qui mortuos vita donabat. Hoc enim significat euāgelista cū dicit ignorabāt verbum hoc, occidēt eum. Quod autem timēt interrogare, primū quidē reuerētię fuit erga magistrum, tum & timoris & sobrietatis, ne audirent quod Petrus, vade post me satana. Velatū ergo erat eis verbum, & oīno eos latebat, mors Christi, & nihilominus contristatur. sed nō audēt interrogare, nisi q̄ suspicabantur illum parabolice loqui, sicut multa eos docuerat in parabolis.

Psal 65. Genes. 8. 3. Reg. 20. Prouerbiū Aug. Cęs. Matt. 16.

Caput. xij. Christus ascendit in tēplū ad festū scenopēgię quasi occultus, & murmur multū erat de eo, diuersę q̄ opiniones in ppło. Mirātur quomō docēt quę nō didicerat. Longū sermonē cōfert cū Iudęis, q̄ illi vt legem seruent circuncisionis, legem soluunt de sabbati obseruantia: idem autem fecit dominus sanando paralyticum in sabbato.

apud dominos permanebāt, quia nō omnis qui serui caracter prę se fert, seruus est, oīs aūt qui facit peccatum, seruus est peccati. De hoc Eccl.10. Est malum quod vidi sub sole, quasi per errorē egrediens a facie principis, positum stultū in dignitate sublimi, & diuites sedere deorsum. Vidi seruos in equis, & principes ambulātes super terram, quasi serui essent. Verūtamen quādo Mardochęus per ambulat vrbem in equo de sella Regia, Amā principe precedēte & clamāte, hoc honore cōdignus est, quē rex voluerit honorare, nō per errorem principis sed prouidētissima dei prouidentia factum est, qui nō raro deponit potētes seruos peccati de sede, & exaltat humiles. Nā Amā iste peccati seruus depositus de equo sellę regię exaltatus ex in ligno. Scio ꝙ filij Abraę estis, &c. At qui idem possunt dicere Agareni, idem & idumęi. Sed hec quota gloria est? De lapidibus potest deus excitare numerosam prolem Abraę. Abraham patet iussus immolare vnicum, nec momēto pro crastinauit quod iussus est, vos aūt quęritis quomodo occasione inuēta me interficiatis filium eius, cuius verbo ille iussus paruit. Quare aūt tātum vultis perpetrare scelus? Quia verbum meum non capitur a vobis. Non capitur autem, quia toti estis carnes, & anguillarum more toti in cęno versamini, quia carētes pennis, ad liberiorem auram ideſt vitam spiritualem nunꝯ aspiraſtis. Si filij estis Abraę, patrem exprimite moribus. Mores vestri Amorreum potius referūt iuxta Ezechielem, aut Sodomitas iuxta Esaiam. Cap.1. Ego quod vidi apud patrem loquor, vos quę vidistis apud patrem vestrum facitis. Abraham enim sustulit filium suum (iussus) & immolauit: iam enim cruentauerat dextrā si ad voluntatem respicias, vos sufferre vultis & filium dei: si oportunitatem nanciscamini, refert tamen admodum inter patrem vestrum & vos, qui estis filij eius iuxta carnem. Vtriꝯ homicidę estis: sed vos veri homicidę, ille pater multarum gentium vocatus, quia fecit illam rem, & non pepercit filio suo propter deum. Potest sic intelligi illud quod dixit dominus, quę vidistis apud patrem vestrum, vt pater iste sit diabolus vel Cain qui homicida erat ab initio, de quo in cōsequentibus dicetur, & sic exponit ordinaria, vt sit sensus, quę vidistis apud diabolum vel apud Cain: hoc facitis. Potest legi iuxta Chrysosto. Hoc facite & sic planior est textus. Verum iudęi cum respōdent, pater noster est Abraham, alium patrem intellexisse videntur in verbis domini dicentis: quę vidistis apud patrem vestrum, facitis. Nam quomodo faciebant opera Abraę, si opera Abraę bona erant, eorum autem praua? Dicunt itaꝯ. Pater noster vere est Abraham, quem tamen nobis alium patrem ingeris, prę ter Abraamum? Dicit eis Iesus

Si filij Abraę estis, opera Abraę facite. Nunc autem quęritis me interficere: hominē qui veritatem loquutus sum, quam audiui a patre meo. Hoc Abraham nō fecit: vos facitis opera patris vestri. Arguit a destructione consequentis ad destructionem antecedentis. Iā inquit non semel audiuimus ꝙ filij sitis Abraę: sed requiro cum bona venia, vnde illę voces audite vocem domini populus Gomorrę? Semen neꝯ filij scelerati, blasphemantes sanctum israel, filij desertores, sodomorum principes? Sodomorum principes generosam Abraę famꝫliam nuncupari audiuimus. Populum olim in hæreditatem dei selectum, improbabiles esse hostias, pertęsa ieiunia, abominabiles solēnitates, auertēdi a conspectu adeuntium oculi dei, obstruendę ab auditu prēcātium aures. Quare? Manus vestrę plenæ sunt sanguine: & nō cuiuscūꝯ, sed sanguine agni immaculati, nō ob aliud, nisi qa verba mea non habent locum in vobis, quia veritatem loquor vobis, quā audiui a patre meo. Hec si ita se habēt, vnde tumēt corda vestra ꝙ filij sitis Abraę, cum vel vmbram virtutis eius non exprimatis. Dicit aūt Boetius in tertio innobilitate generis hoc est optimum, ꝙ per id est imposita ipsis in genuis quędā necessitas, ne a maiorū suorum probitate degenerēt. Vnde illud. Attēdite ad petram vnde excisi estis, & ad cauernā laci de qua prēcisi estis, ipi sunt Abraham & Sara. Horū igitur imitamini opa: quotū tanto pere suscipitis noia. Caro enim nō prodest quicꝯ. Beati aūt qui audiūt verbum dei & custodiūt illud. Hinc iudęos ad baptisma venientes Ioānes viperarū partus vocabat. Nūquid enim Abrahā vipa erat. Erō ergo vocātur filij quorū exprimūt mores. Nihil aūt mihi cōducit inquit Origenes martyr pr: si nō bn vix ero, & ornauero generis mei nobilitatē. Gratio nostra inquit Paulus testimoniū est cōcietię, non aūt atriū plenū fumosis imaginibus: quia iuxta Platonē nullus rex nō ex seruis est ortus, nullus seru? nō ex regibus. Oia ista lōga varietas miscuit, & sursum deorsumꝯ fortuna mutauit. Nonne Iacob seruiuit apud Labā annis 20? Ettn ex ipo nati sunt reges circiter 40. Sed & alibi legimus (miserabile dictu, miserrimū visu) Reges 70 amputatis pollicibus, micas legere sub mēsa Adonibeze. Itaꝯ si filij estis Abraę, exprimite patrē in moribus, & nō vipas: nō scorpiones. Quid est aūt, vos facitis opa prīs vr? Nā in pcedētibus dixerat, quę vidistis apud patrē vrm facitis. Quis est iste pr, cuius opa iudęi tātopere imitātur? Id paulisper differamus. Quāto aūt plus valeat institutio ꝯ genus, Lycurgus elegāter ostēdit: prolatis apud multitudinē duobus canibus, quorū alter in generosa matre natus, ꝓpter institutionē grauiter ferā isequut? alter grosior sorte parētib?, ꝙ istitut? nō eēt, ipte relicta fera: ad odorē cibi restitit. Dixitq itaꝯ ei: nos ex fornicatiōe nō sum? nati, vnū prem habem? deū: dixit ergo ei Iesus. Si deus pr vr esset: diligeretis vtiꝯ me. Ego em ex deo pcessi & veni. Neꝯ em a meipso veni, sed ille me misit. Quare loqlā meā nō agnoscitis? Quia nō potestis audire sermonē meū. Qđ dicūt ex fornicatiōe nō sum?, plane nugāt, sicut et i eo qđ dixerūt, nulli vnq̄ seruimus? Nā phares filij Iudę ex fornicatiōe nat? est, vnde illi nati sunt, sicut dictū est Matth. Cap.1. Qđ si intelligāt ꝙ nō sunt nati ex Agar ancilla, in amaritudine fellis loquūtur, nō parcētes vel ipi Abraę, qui carnē nullo iure culpato cōcubitu vsus est. Qđ aūt plane nugētur hi boni Sycophātę, ps legēti. Nos (inquiūt patres istorū) preuaricati sumus in deum nostrum: & duximus vxores alienigenas de populis terrę, imo sup induximus, viuētibus prioribus, sicut habes Malac. 2. Et nūc si est pnia in israel, percutiamus fędus cū domino Deo nostro, & proiciamus vniuersas vxores, & eos qui de eis nati sunt. Iratum decretum est.

Esther. 6.
Luce. 1.
Cap. 25.
Genes. 22.
Chrysosto
Textus.
Psal. 1
Boetius.
Luc. 3.
Origenes.
Plato.
Iudi. 1.
Exemplū.

decretum est. Vtrum autem & opere expletum ipsi viderint, textus nō dicit. Sciēdum autem iuxta Hie ronymum super Esaie. Cap. 26. ℔ in suggillatione dñi: iudei ita loquuti sunt; quasi dicerēt iuxta Abulē. Hierony.
Non sumus ex fornicatione sicut tu, quod ideo putabant, quia Ioseph videbatur minus aptus ad generandum, imo quia nō semel aut bis christus patrem testatus est se habere cęlestem. Nam & Luc. 3. Putabatur esse filius Ioseph. Dicamus & illud, ℔ patrem Romuli & Remi hucusq; ignorāt historiographi, Romulus.
& nihilomin? illi fuerūt famosi in terra, nati licet ex incestu. Isti aūt nūc patre gloriātur Abrahamo, nūc inquiunt vnum patrem habemus deum. At qui deus pater est omnium nō iudęorum tantum, sicut testatur Paulus, quādoquidem & Abraham quo parēte gloriantur, pater multarum gētiū vocat? est. Quid autem impudentius ℔ homines tam nefandos patrem suum dicere deum, quos Ioānes nec hominū nomine dignatus est: sed progenies vocauit viperarum? Ad hec dominus, si deus pater vester esset, diligere
A tis me filium eius: & iuxta ℔ homo sum, caro & frater vester. Nunc autem pro dilectione reponitis odium. Psal. 108. Ego enim deo processi & veni. Processi natus, quia deus: & veni, homo factus: iuxta qđ attestatur & Nicodemus magister israelis, a deo veniſti magister. Quare loquelam meam nō agnoscitis Quia nō potest audire sermonem meum. Nō potestis autem, quia nō vultis. Sicut dictū est Petro, loquela tua te prodit. Matt. 26. Et quę est loquela christi? Doctrina euāgelica, quę paupertatē spirit? cōmēdat, ad castitatē hortātur, ad patiētiā inuitat humilitatē māsuetudinē: & cōtemptū vitę huius trāseū tis velut somnū noctis vnius, regnū cœlorū promittit vere pęnitētibus. Hāc loquelā iudei nō agnoscebāt, quia toti carnis erāt, & iuxta Hieremiā a minimo vsq; ad maximū oēs auaritię vacabāt, vnusquisq; ad vxorē fratris hinniebat. Hiere. 5. Amabāt primos accubitus in cęnis, & vocari ab hoibus raboni. Hierc. 5.
Vnde loquūtur in Exo. 20. Nō loquatur nobis dñs, ne forte moriamur; sed tu Moses loquere nobis. Verūtū inquit si oino res fert vra, audire nomē patris vri, quē moribus vris ex primitis, is nō est Abraham
B nō est deus, absit enim vt tā pius tā bene meritus de oibus pater meus tā nocētes viperas, aculeatos scorpiones, rapaces lupos, tā dolosas vulpes habeat filios. Vos ex patre diabolo estis: & desideria patris veitri vultis facere. Ille homicida erat ab initio & in veritate nō stetit: quia nō est veritas in eo, cū loquitur mēdacium: ex proprijs loquitur, quia mēdax est: & pater eius. Ego autem si veritatem dico vobis nō creditis mihi. Habetis igitur triplicē patrem deum quia creauit: Abrahā quia genuit: Satanā, quia docuit & instruxit, dignū videlicet patella Ambrosi?
operculū. Hic pater iuxta Ambro. Sic amat filios suos vt perdat & secū detrudat in tartara, sicut gluto porcellum vt deuoret. Hic est igitur pater vester, cuius dēsideria &c. Quo sermone. Ostēdit illos paratissimos filios diaboli, vt pote qui anteuertant iussa patris, paratissimi ad implenda desideria eius. Pater ergo mire affectos homicidij mendatijq; libidini, quę maxime propria mala sunt diaboli. Vnde illud. Si
C ejcias nos hinc, permitte nos ingredi porcorum gregem. Matth. Cap. 8. Qui permissi, momēto temporis omnes illos suffocauerunt. Dæmone siquidem vrgente vel dæmonibus, Pharao cum suo exercito ingressus est mare Rubrum, quando ad vnum omnes submersi sunt quasi plumbum in aquis vehementibus. Sed vndas numero. Nec tamen nos debemus eo vsq; desipere: vt dicamus cum Manichęis, esse quādam naturam mali, & gentem quandam tenebrarum cum principibus suis: vnde diabolus Origenem ducat, & hinc dicunt natam vel genitam carnem nostram, & secundum hoc dictum putant a domino vos est patre diabolo estis, ℔ essent illi velut natura mali, ducentes Origenem de gente contraria tenebrarum. Et hanc positionem tam deliram tenuit Augustinus annis nouem cum esset manichęus. Tangit aūt hoc loco ordinaria aliū sensum horū verborū, vos ex patre diabolo estis, quasi iudei generari potuerint autore & patre diabolo: sed iste intellectus nullo modo cōgruit huic loco. Dicit aūt Augustin? in- Augustī?.
cubos & succubos dęmones a tam multis affirmari: vt impudētię videatur id velle ire inficias. Doctor nr̄ ita dicit in 2. Distin. 8. Tractādo quas opationes pōt angelus exercere in corpe assumpto. Quātū ad generationē dicendū, ℔ illa fit virtute seminis decisi a mare in fęminā: in qua seruatur virtus patris, sicut Doctor nr̄
D cōiter dicitur, si ipse angelus pōt illud semē ab aliquo succūbēdo recipere, & seruare illud in sua natura- li qualitate cōuenienti suę generationi naturali, quo vsq; illud trāsfundat, ipse nihil facit ibi, nisi quia primo recipit in corpe illo assumpto: illud quod postea mouet localiter in aliquā cui est incubus. Et si illud semē antę ℔ sit receptum in matrice, nō amittat suā qualitem naturalē, pōt per ipsum fieri generatio sicut si immediate transfunderetur a primo decidente in eandem matricem. Et hoc modo attribuitur dę- Incubi.
moni generare, quia primo fit succubus, & postea incubus semen a decidente primum transfusum transfundit in vuluam. Hęc ille. Homicidę tres. Primus, Diabolus. Secundus Cain. Tertius Iudæi. Dicitur autem Diabolus homicida: non propter aliquem singulariter, sed pro toto genere humano quod peremit, in quantum in Adam omnes moriuntur: siquidem inuidia eius mors introiuit in orbem, imitantur autem illum qui sunt ex parte eius ideſt vos qui estis filij eius: vultus enim desideria eius perficere. Iam enim mysterium operatur (2. Thess. Cap. 2.) Estis igitur vos vice Satanę hoc est vicarij
E eius. De hoc Apoca. Cap. 6. Ecce equus pallidus, & qui sedebat super eum nomen illi mors, & infernus sequebatur eum, de quorum numero vt videtur estis, qui desiderijs patris vestri obsequimini. Iste igitur cui nomen mors accepit potestatem a deo super quattuor orbis partes interficiendi in gladio, ideſt in bellis vnde iuxta poetam bellum ab inferis emittitur in hunc orbem. Nam si in bello non est regnū diaboli, vbi quęso est infame, eo enim autore non raro sterilitas occupat terram, locusta, brucus, eruchā & rubigo inuadit segetes, grando & tępestates subripiunt frumenta e manibus, & impletur illud, videbis Ioelis. 1.
& inde nō comedes. Visę sunt olim in Gallia locustę sex alarū: bidentes, qui via depastę sunt, strāgē operientes velut nix. Chronica. Accepit potestatem interficiendi morte, & bestiarum immissione, de quibus 4. Reg. 7.

nūc sup sedemus, illud tātum refricātes memorię, quot hoium examina propter insanum ſeminārū amorē male perierunt. De his aūt bestijs vide: Nū. Cap. 21 In principio. Vide 3. Reg. Cap. 11. In principio. Vide, Genes. 34. Iudi. Cap 20. Hoc vnum dicam. Quot annis pugnatum est a Romanis ciuilibus bellis p violata pudicitia Lucrecię? Quot a Grecis pro rapta Elena? Vere ergo dicitur, ille erat homicida ab initio, & in veritate non stetit. Voluit enim sedere in monte testamenti, quando ceteri stabant, ideo tanq̄ Gregorius fulgur e cęlo prąceps ruit, & sic corruit, vt nulla sit spes resurgendi. Gregorius. Si angelorum substantia a mutabilitatis motu fuisset aliena, bene ab autore condita, nequaq̄ in reprobis spiritibus a beatitudinis suę arce fuisset aliena. Quid est, bīt ruines, suę arce? Id qđ nūc veritas dicit, in v̄itate nō stetit. Quę cunq̄ igitur sit illa beatitudo in qua cōditi sunt apostatę spiritus (non enim viderunt deum per essentiā ea vocatur a dño veritas in qua nō steterūt nisi forte nescio quā morulā vel morulas, de quibus cōsulendi sunt maiores nr̄i. Dicit aūt Augustinus de angelis, simul cōdens naturā, et simul largięs gratiā, ex quo Augusti? infertur q̄ creati sunt in gratia, & in hac gr̄a vel in hac veritate nō stetit. Nā gratia est beatitudo inchoata, quia est pignus hęreditatis ęternę. Eph. 1. Et ita Gregorius dicit, bñ ab autore condita. Posset dici q̄ Genes. 1 bene cōditi sunt, quia oia quę deus cōdidit erāt valde bona. Gratiā aūt acceperūt per bonum motum in deū. Nō deest tamē qui dicat, 7/diebus oēs angelos perstitisse, in gr̄a, Septimo enim die deus vidit omia, & erāt valde bona. Geraldus o domis. 1. Sen. Distin. 4. q. 4. Sed quia hec probari nō possunt ex scriptura, illud teneamus, q̄ in veritate nō diu stetit: attn̄ videtur stetisse, qui dicitur, cecidisse, quāto autē tempore steterit, ipse solus nouit: qui eum e cælo velut fulgur deturbauit. Fulgure aūt nihil velocius, licet sit Luce. 10. cōtra naturā ignis. Nō igitur stetit in veritate: quia nō est veritas in eo: nō magis q̄ lux in tenebris. Est enim mēdatij pater, hoc est inuētor Is enim & deum apud Euam detulit, dicēs, scit enim de?, q̄ in quocūq̄ die comederitis, aperientur oculi vr̄i, & hoiem apud deum, cū dixit, nūquid Iob frustra timet deū? Genes. 3. igitur loquitur mēdatiū, ex proprijs loquitur. Hoies cū mētiuntur, aliena vtūtur ad inuētione & fraude, Iob. 1. diabolus re propria vtitur: nā Eua mortē vēdimiauit, vnde serpens vitā promiserat, & ęcitatem mentis vnde lumē oculorū expectabat: & seruitutē inuenit, vnde putabat se inuēturam libertatē. Potest autem Augusti?. dici iuxta Augustinū, q̄ hoc loco diabolus nomē sit operis, nō naturę: iuxta illud, cur efficimini mihi homo die in satā? 2. Re. 19. Et sic noīe diaboli Cain significatur, cuius imitatores facti iudęi, saluatorē peremerūt, qui salutē mūdi venerat operari in medio terrę. Sicut enim Satanas simulauit se nescire prąceptū tm Psal. 75 ditū hoi, quādo dixit, cur prącepit vobis deus? Sic & Cain interrogatus de fratre quē occiderat, finxit se Augusti?. nescire, & propterea vocatur diabolus, & cū loquitur mēdatium ex proprijs loqtur. Augusti. Nullo ergo modo dixerimus, eos qui asserūt aliquādo esse mentiēdū, id asserēdo esse veraces, ne quod est absurdissimū & stultissimū credere, veritas nos doceat esse mēdaces. Quale est enim vt esse adulter iādum ne mo discat a castitate, proximū offendēdū nemo discat a charitate, & esse mētiendū discamus a veritate Porro si hoc nō docet veritas: nō est verū, si nō est verum nō est dicēdum, nunq̄ est mētiendum. Nisi q̄ Plato. iuxta Platonē (si tamē illi id serio dixit) solis perturijs amātiū dij dāt veniam. Permittitur & medicis nū Thales. gari aliquoties, vt dicāt ęgrotis pharmaca facilia esse haustu. Thales rogatus, quātum distaret a mēdatio veritas: quātum inquit oculi ab auribus. Eneidos. 6. Est autem diabolus mendax etiam cum verū loquitur, non enim dicit veritatem, nisi vt fallat, de quo vide in actis Capite. 16. Dolens (inquit) Paulus q̄ spiritus pythonicus per os fęminę veritatem diceret: hāc videlicet, isti hoies serui Dei excelsi sunt, qui anuntiant vobis viam salutis, dixit spiritui. Prącipio tibi in noīe Iesu christi, exire ab ea. Inquirit au Augusti?. tē Augustinus, in qua lingua loquutus sit serpēs Euę mendatium illud famosum, eritis sicut dij &c. Satanas loquebatur, sed ore serpentis. Si enim hodie non desunt qui latratus cānum intelligant & luporum vlulatus, & barritum elephantorum & cantum gallorum: quare non magis rudis adhuc mulier scire potuit & intelligere sibilum serpentum, cum multos sciamus auium voces discernere? Nam & constat diabolus eius lingua vti, cuius corpus intrauerit, nec aliter falleret mulierem. In hoc non est magnopere laborandum, quia mendatium quocunq̄ idiomate dicatur, mendatium est, etiam si linguis loquamur angelorum. Pericles cum amicus eum rogaret: vt pro causa eius falsum deieraret, his ad eum verbis vsus est Pericles. Oportet me amicis opitulari, sed vsq̄ ad deos. Si me sympratin Tis philis, allamechri theon. Aul? Gellius Lib. 1. Capite. 3. Siquidem iuxta sententiam maiorum iuste negatur, quod iniuste petitur. Quidin iustius q̄ negare veritatem.

Caput. xviij. Dominus Iesus quia veritatem dicebat iudęis, vocatur Samaritanus, vocatur & a Demone possessus: & tandem lapides tollunt vt eum velut blasphemum lapident. Iesus cedens furori eorum, abscondit se. & cętera.

2. Reg. 21

GO autem si veritatem dico vobis: quare nō creditis mihi. Ne iudęi se excusarent dicentes: non credimus tibi, quia homo peccator es, innocentiam K am tuetur cum dicit. Quis ex vobis. Causa domine per se nota est, innocentiam tuam tas nulli adulatur: sed tu es qui fecisti hanc rem. Et illud. In faciem ei restiti, quoniam veriniam reprehensibilis erat. Gal. 2 Veritas amara est, quia retulit ad patrem fratrum, oderant eum. Genes. 37. Est & rugosę frontis, qui tamen iuxta Menandrum in lucem etiam non quęsita venit, & fortior rege, vino & mulieres. 3. Esdre. Cap. 3. Dicit autem Augustinus verbum aureum, si mens nostra veritatem qua creata est

eterna est posset intueri, nullo modo lux corporea esset manifestior q̃ illa quę verissime dicũtur de beatissima trinitate. Vnde sequitur, q̃ ea quę sunt manifestiora in natura, nobis sunt occultissima: quę tamẽ in se sunt ipsa luce clariora. Ad hęc Lactãtius. Fuerũt philosophi illi antiqui digni cognitione veritatis propterea q̃ eam nullum non mouendo lapidem quęsierunt. Alij a patria peregrini sicut testatur Hieronymus de Platone, alij sua reliquerunt sicut Gymnosophistę, quos inuisit Apollonius de quo Hieronymus in primo prologo libri vitę Cap. 1. Alij sibi oculos eruerunt. Alij se ipsos castrauerũt, vt ocio expediti veritatem consequerentur. Sed quia veritatem sine lumine fidei hoc est suo Marte requirebãt currebant quidem sed extra viam, ac pro inde toto errabãt cęlo, vnde luserunt laborem & impensam. Nã q̃ Academici philosophi eo venerũt amẽtię: vt dicerent, veritatem q̃dẽ nullam esse, esse tñ aliqua verisimilia, quorum impudens mendacium Augustinus hoc refellit argumento. Si nulla est veritas, quomodo est aliquid verisimile: Si veritas tibi nunq̃ visa est, quomodo affirmas hoc simile esse rei, quam nunq̃ vidisti? Iten ex his philosophis quidam dubitant vtrum nam sint aliqui dij. Quidam multos esse credunt. Quidam nullum esse contendunt. Quidam deos si sint, nostra non curare opinantur. Quidam negant esse animam aliquam, alij mortalem animam asseuerant, alij immortalem. Alij prędicãt metamorphosim animarum. Tales mundi animam deum dixit. Anaximãder cęlestia sidera deos esse, Socrates & Plato vnum vnigenitum suapte sponte natum, singulare verum germanumq̃ bonum, hec autem omnia in mentem spectant, mens igitur deus, abiuncta quędam forma idest nulli omnino materię mixta, nulli patibili rei coalita. Democritus deum mentem ignitam mundi animam. Epicurus specie humana deos, cogitatione autem non sensu prędeptibiles prę exilissima imaginum natura. Eraclit? omnia ex fati prędicto euadere dixit, hanc autem eandem & necessitatem esse, quę naturę prevalet vniuersę iuxta Taletem. Anaxagoras dixit promiscue ab initio manebant corpora, mens vero diuina digessit ea oi umq̃ procreationes effecit. Et vt inquit Plutarchus labitur Plato & Anaxagoras in eo vel maxime, q̃ deum res humanas curare, aut hominum causa iuxta Platonem etiam mundum construxisse censuerũt. Animal enim cum beatum sit, & senij ex pers, tum bonorum numeris omnibus cumulatũ: omnisq̃ omnino exors mali, humanarum procul dubio securus est sollicitudinum: alioqui qui miser non sit: si opificis structorisq̃ more efferendas onerum moles subeat: archi tectandi ve mundi cura angatur. Age vero si deus est, huiusq̃ procuratione administrantur humana q̃ ob rem cum deterrimo quoq̃ fortuna pclare agere solet, cõtra cum prestantissimo quoq̃ pessime! Ecce tibi Agamenon regnatorq̃ bonus simul atq̃ accerrimus armis, ab adultero adulteraq̃ acceptus, dolo intereremptus est. Hercules cũ de rebus humanis optime meruisset, noxijs plerisq̃ monstris orbe defecatora de ianua venenatus, & incautus consectus est. Ex quibus verbis videtur Plutarchus prouidentiam dei negare (imo absolute delirans, negat) & notare positionem Platonis de prouidentia dei in rebus, cum magis ipse turpiter labatur. Diagoras Milesius, Theodorus Cyrenensis Eumerus Thegeates deos prorsus nullos esse censuerunt. Euripides. Fuit tempus cum soluta erant mortalium omnia, & vita belluina, violentiq̃ administra. Postea vero ex lex vita inductis antiquata est legibus postea vbi inquit manifestaria arcere delicta lex poterat, clam vero delinquebant multi, tum quidam peritus vir mendaci adorsus oratione veritatem restringere, & suadere mortalibus q̃ deus esset, in senescibili per annos vita, qui hęc & audit & videt mentecq̃ prępollet collatus est, Tollamus inquit poetica deliramenta, congruenter callimacho ita dicente. Si deum nosti, scito quoq̃ q̃ factu nihil deo impossibile. At qui deus non omnia posse palam esse. Quando quidem si deus est, faciat inquit atram niuem, ignem q̃ gelidum & qui sedet vt stet: adde illud si libet, faciat ex homine asinum & versa vice. Pro inde Plato ille grandiloquus cum inquit, de? afformauit mũdum ad sui exemplum ipsius: olet obsoleta Arcadum cascorumq̃ nugamenta, Nam quo pacto deus sepsum intuens, ipse mundum affinxit, aut quomodo globosum, cum sit ipse etiam breuior homine! Sed Ego arenam video metiri, an potius insanire, tot insanorum philosophorum opiniones & deliramenta recensens, qui tamen omnes hoc vnum constanter asseueratunt, sine veritate mundum non posse subsistere. Vnde mendaces vbiq̃ male audiunt. Apud Persas tria tantum peccata sunt: quorum vnum mendacium est idq̃ grauius. Apud Corinthios qui mendacium dicit, lapillum gestat in ore mense integro. Apud Romanos vno mense arcetur ab Ambrosia in altero sęculo. Apud nostrates mendax certo dentium multatur numero. Et qui semel falso iurat, perpetuo arcetur a testimonio ferendo. Denicq̃ iuxta leges Gothorum excluduntur a testimonio ferendo homicide: sorti legi, serui fures, peccatores notorij, qui venena propinant, qui vim intulerunt fęminis, qui semel falsum deierarunt apud iudicem & qui sortilegos consulunt. Subijciamus illud in laudem veritatis: Deus autem veritas est. Dominus noster Iesus Christus aitans iudici: & rogatus, num Rex esset, ego inquit in hoc natus sum, & veni in hunc mundum, non vt Regno clarus & conspicuus essem: (quidem Regnum meum (non enim abnuo me Regem esse) non est hinc, sed vt testimonium perhibeam veritati. Adde q̃ pro hac tuenda, mortuus est, vt tenet doctor noster in tertio. Namq̃ q̃ rara auis in terris sit veritas: qui scire velit: legat tertij Regum. Caput. 22. Hinc Moses toties imperium mittentis deprecatur. Blasias quia tacuit: quando loquendum erat pro veritate, virum se labijs pollutum vocat: Helias Iezabelem veritas fugit, qui Regem Achab non timuit, Hieremias seductum se conqueritur a domino Iesu Christo quia missus est prędicare veritatem. Cap. 20. Ionas missus prędicare excidium Niniue fugit in Tharsis. Petrus interrogatus, tertio negat veritatem. Hinc est q̃ doctores nostri concedunt sanctos veteris testamenti licet alias iusti essent, mentitos fuisse: sicut Saram, Gen. 18. Idem legimus de Rachele, Gen. 31. De Iudith, Ca. 10. De Ioseph, Gene. 44. & Ca. 42. De Iacob, Gen. 29. De Aaron, Exo. 4. Tantę mo-

Lactanti.
academici.
Tales.
Anaximã.
Plato.
Democrit?
Epicurus.
Eraclitus.
Anaxagoras.
Plutarch?
prouidẽtia
Agamenõ.
Hercules.
Diagoras.
Euripides.
callimach?
Persa.
Ioan. 18
Scotus.
Exo. 4.
3. Reg. 19.

Augusti⁹. Tãtę molis est in oĩbus omnia vere loqui. Hęc igitur cũ ita sint, si iuxta Augustinum, beatitudo quam
2.q.8.gſqs. prestolamur nihil aliud est q̃ gaudiũ de inuẽta veritate, si hãc ex ore meo auditis: qui mẽtiri nescio, mẽtiri nõ possum (ois aũt homo mẽdax) quare nõ creditis mihi? Quis ex vobis arguet me de peccato? Si veritatẽ dico vobis: quare non creditis mihi? Positum est hic, arguet ελεγχει, elenchi, pro potest arguere. Et arguere dixit: pro cõuincere, nõ pro accusare, nam id est elenchin, alioqui non
Matth.ſ.26. semel delatus est tanq̃ legis trãsgressor, cõuictus aũt, absit: iterũq̃ absit, ecce agnũ Dei qui solus potest peccata remittere. Et tamẽ vocatus est homo vorax, Matth.11. Seductor, Matt.27. Ioan.7. De quo vide
Amasis. sup illud, nõ erãt cõuenientia testimonia. Si veritatẽ dico vobis quare nõ creditis? Eadem est sentẽtia cũ precedenti. Amasis cũ priuatus ageret, sępe in necessitatem coactus furabatur, qui cum negaret: ad oracula ægypti vbi furtum fecerat adductus, raro cõuincebatur, frequenter absoluebatur. Regnũ adeptus, id egit Quicũq̃ dij eum absoluerãt, horum templa nec curę habuit, neq̃ aliqua re ad stabilimentum do P
nauit, neq̃ adiens sacrificauit, vt pote mẽdatij auctores. Qui autem eum pronũtiauerũt furem, hos tan
q̃ vere deos & veritatis cultores maxime coluit. Verũtamen dæmones nõ ideo veritatẽ colũt, quia veritatem diligãt, absit, sed vt semel verum predicẽdo: cẽties mẽtiantur: sicq̃ imponãt hoibus, & in prętio
sint apud eos. Qui ex deo est: verba dei audit, propterea vos nõ auditis: quia ex deo nõ
Psal.5õ Prouer.6. estis. Dixerãt iudęi in suptoribus, nos vnũ patrem habemus deum. At qui de⁹ verax est, veritas est, veritatẽ diligit: ecce enim veritatem dilexisti, mẽdatium odit, perdes omnes qui loquũtur mendatium. ps.5.
Sex sunt quę odit deus, ex quibus tria ad mẽdatium referũtur, linguam mendacem odit, testẽ fallacẽ, p
ferẽtem mendacia. Si igitur deo patre auctore gloriamini, doctrinam eius audite. Quia sicut viam si cę
Tullius. Gregorius cus commõstret sequẽdus est: ita veritatem quicũq̃ doceat audiẽdus est. Nam & iuxta Tullĩ, cuius aures clausę sunt, vt veritatem ex ore amici audire nõ possit, huius salus desperanda est. Gregorius. Si enim
verba dei audit, qui ex deo est, & audire verba eius nõ potest: quisquis ex illo nõ est, interroget se vnuſ
quisq̃, si verba dei aure cordis percipit, & intelliget vnde sit. Cæleſtẽ patriam desiderare veritas iubet, C
carnis desideria cõterere, pro veritate ad mortem vsq̃ certare, a mũdi gloria declinare, aliena nõ rapere,
propterea largiri, post deum veritatẽ colędam. Pẽset vnusquisq̃ vestrum apud se: si hę voces dei in cor-
dis sui auribus radices miserunt, & q̃ iam ex deo sit, cognoscet. Propterea vos nõ auditis, quia ex deo nõ
estis: mores em̃ vestri pugnãt ex diametro cũ ẏbis meis. Respõderunt ergo iudęi & dixerunt ei
Nõne bene dicimus nos: q̃ samaritanus es tu: & dęmonium habes? In quibus verbis fi-
Iij Belial manifeste explicãt cuius ũij sint, qui tã optime de illis meritum, samaritem vocant (Samaritę
Theophy. Matt.12. aũt nõ egregie iudaizabant) & possessum a dęmone: quasi dicerẽt: hoiem ex legem & eutheon vel epi-
lepticon, quẽ dęmones ipsi cõfitebãtur Christum dei: vel inuiti. Matt.8. Forte aũt quia sępe cogitatio-
nes eorum traduxerat, dęmoniũ habere cogitabãt: putantes a dęmonibus ei reuelata cordis eorum arca
na, vel quia dæmones pellebat e corporibus. Isti igitur ex abũdantia cordis loquebãtur & eructabãt quo
plenj erãt, digni qui a dęmonio asportarẽtur vltra fluuium piscis & sulphuris Acherõtis, aut Tesipho-
netraderẽtur flagellãdi scorpionibus, donec cõfiterentur id quod dæmones ipsi. Nõne inquit tu rẽ ipsam
declaras, id quod nos iam diu opinabamur, q̃ samaritanus cum sis, iudęus videri velis, & dæmoniũ ha
beas, cũ partem tuum deum voces? Quę dolẽt (iuxta prouerbiũ) ea quidem molestum est cõtingere, &
Prouerbiũ vnusquisq̃ inuitus audit sua incomoda, maxime ea quę sint cum aliqua infamia cõiuncta, veluti turpi
tudinem generis, vitium forme: & pro inde ciuilitatis est, nemini suum refricare vulnus, nec hulcus tãge
re. Sed tu quam ciuilitatẽ requiris in regulis istis, qui vel visu ipso nocent? Qui fanda obĵciũt & nefan-
Hiero.⁹. da, qui iuxta prophetam docuerunt linguã suam loqui mẽdacium, & acuerũt eam sicut serpẽtes. ps.13⁹.
Ad hec autẽ quod manifestudo dñi Iesu respõderit (erat enim mãsuetissimus sup omnes habitãtes terrã.
Nũ.12) Audiamus. Ego dęmoniũ nõ habeo, sed honorifico patrẽ meũ, & vos inhono-
rastis me: εγω δαιμονιον, cõtumelia afecistis: nec leui. Ego aũt nõ quęro gloriam meam est qui
quęrat & iudicet. Amen amẽ dico vobis, si quis sermonẽ meum seruauerit, mortem
nõ gustabit in ęternum. Ad samaritani cõuitium q̃q̃ apud vulgus promiscuum magni probrij
so ducebatur, tamẽ quoniã nihil aliud erat q̃ vęsani hois & furore perciti cõtumelia, per inde quasi il-
lum barbarũ vocassent aut hoiem tressem furiosum vel, p. o nihilo respõdere duxit. Scriptum est enim, ne
respõdeas stulto iuxta stultitiam suam, ne similis illi videaris. Prouer.26. Respõdet aũt ad illud, dęmo-
niũ habes (blasphemiã in spiritum sanctũ) q̃ id manifeste cedebat in iniuriam dei patris. Per quod do-
cemur iuxta Augustinũ, vt quoties nos aut fama nostra lędit, malũ malo nõ medeamur, sed vin-
mus bonitate nostra malitiã fratris. Hec enim facientes, carbones ignis cõgregamus sup caput eius, qui
Augusti.⁹. Rom.12 bus inflãmetur ad redamandum. At cum gloria dei lędit, ibi dẽtes ostẽdamus: dicẽtes dura cerui
corde incircunciso, vos semper spiritus sancto rebelles fuistis. Et hic est qui cum lapidibus impeteretur, p
saxis crepitãtibus orationẽ reposuit flexis genibus. Dęmoniũ nõ habeo. Vere ego dixit Petrus, cui ma-
Ioan.8. Gregorius lediceretur: nõ cõminabatur. Gregorius in dialogo. Cõstantius vir sanctitate famosus, ad sui cõspla-
tionem multos attrahebat. Erat autẽ pusillus forma exili atq̃ despecta. Multis igitur concurrentibus ad &
Exemplũ. visendũ, vnus quidã eo viso, derisit dicens. Vah ego grãdem hominẽ credidi, iste de homine nihil habet
pomillio est, Zacchęus est. Hũc complexus vir sanctus, gratias egit dicens. Tu solus es qui habilis ocu
los aptos in me. Nã qualis q̃q̃ vnusquisq̃ apud se lateat, cõtumelia illata probat. Atq̃ vtinam talione cõ
tẽti essemus, & nõ pro verbis multi reponerẽt alapam dicẽtes, sic respõdes põtifici? Ioan.18. Ego inquit
dęmoniũ nõ habeo. Gregorius. In quibus verbis quid aliud q̃ superbia nostra cõfunditur, quę si exagi-
tata vel leuiter fuerit (trãge mõtes & fumigabunt, ps.10⁷) Atrociores reddit iniurias q̃ accepit (o infa-
mẽ vitã-

Fondo Reservado de EL COLEGIO de JALISCO

mẽ vsurã) facit mala qui potest, minatur quę nõ potest. Vnde illud Iudith. 1. Indignatus Nabucodonosor rex propter cõpremptos legatos suos, iurauit per thronũ & regnũ suum, ꝙ defenderet se de oibus regionibus his, & tamẽ in Bethulia amisit ducẽ exercitus: & exercitus ipse ex magna parte interijt. Loquitur enim supbia in corde istorum. Turpe est vt accepta iniuria taceas: sed respõde stulto iuxta stultitiã suam ne sibi sapiẽs videatur. Nam qui cõspicit, ꝙ accepta cõtumelia taces, nõ putat ꝙ patientiã exhibes, sed ꝙ illata crimina recognocis. Sed inde vox ista nascitur, quia cum in terra gloriã quęrimus, placere ei qui nos de cælo cõspicit nõ curamus. Poterat dñs dicere ad plaustra ista cõuitijs onusta, qui dicit quę vult, audiet quę nõ vult, vos ne dęmoniam habetis, nõ vnum sed singuli vestrum legionem integrã, qui & facti estis spelunca latronum, & si hoc diceret, verum diceret: sed nõ erat tempus eo tempore ne nõ veritatem prędicare, sed iniuriam retaliare videretur. Medicus enim cum esset patiẽtia sibi opus
A erat. Quomodo medicus nõ curat quicquid audiat ad phrenetico, sed quomõ conualescat & fiat sanus, insanus, nec si pugnum ab illo accipiat curat. Ille facit nouavulnera, medicus veterem febrem sanat. Sic & dominus ad iudęos tanꝙ ad phreneticos venit: vt quicquid audiret vel passus esset, cõtemneret: hoc ipso eos docẽs humilitatem: vt sanarẽtur a supbia dęmoniũ inquiens nõ habeo, Sicut aũt dicit Plutarc. Nobilissima & summa virtute ornata ingenia quia nõ ad volũtatem cõsilia sua referũt, multitudini peraro placere cõsueuere. Si vero publicos errores hoium peccãdiꝙ licentiam comprimere studeãt, ad intolerabile sui fastidium vulgus accẽdunt, per inde ac medicorum vincula quę tam & si ad pulchrum naturę ordinem mẽbra componãt, toleratu tamẽ difficillima sint. Hinc cõsilium illud nõ continẽdum Parisatis Artaxerxis matris ore prolatũ ad quosdam, quo cõsulebat, vt quoties principẽ alloquerẽtur, byssinis & mollibus vterẽtur verbis, quia veritas semper sui similis est, malum parit partum. Quid ergo dicit veritas? Dæmoniõ nõ habeo, sed honorifico patrem meum, sicut alias dixit, in domo patris mei oportet me esse Luc. 2. Et rursus, nolite facere domum patris mei domum negotiationis, &
B mus mea domus orationis est &c̃. Matth. 21. Et pater nõ mea volũtas sed tua fiat. Vos autem cõtumelia affecistis me. Hilarius. Et nũquid dñs christus a nobis honorem mẽdicabat? Num a somno stupidis, nũc deluxu noctium fessis, nũc post rixas & cędes dierũ male cõscijs, post cõuiuia ebrijs? Non. Sed tamen si ego dñs vbi est timor meus? Si pater vbi honor? Vos inquit de quibus omnifariã meritus sum optime in honorastis me, etiam pręferẽtes mihi virum vndequaꝙ scelestum & sordidum Barrabam videlicet. Legimus de Cęsare adhũc modum. Huic principi Reges amici & socij populi Romani singuli in suo quisꝙ regno cęsareas vrbes cõdiderũt, & cũcti simul ędem Iouis olympici Athenis antiquitus inchoatã pficere cõi sumptu destinauerunt, genioꝙ eius dedicare. Ac sępe regnis relictis nõ Romę modo sed prouintias peragrãti cotidiana officia togati, ac sine regio insigni more clientum prębiterũt. Quo quid posset honorificẽtius homini cõtingere nõ video, a rebus quidẽ humanis. Vos aũt populus meus & quos
C oues & filios peculiari quoddam nomine dignatus sum, contumelijs affecistis me. Ad hec Plato. Quod dijs amicum est sanctũ est, quod nõ amicũ profanum est. Itaꝙ mercatura quędam est inter deos & homines sanctitas hęc. Nihil enim nobis est bonum quin illi prębeant. Quę vero a nobis accipiũt, quid illis cõferunt? Possunt ne ex acceptis a nobis aliqua ex parte iuuari? Itaꝙ honorem sibi exhibitum gratũ quidem habẽt, nõ autem vtile. Soli tamẽ deo inquit Paulus honor & gloria. Ego tamẽ nõ quęro gloriam meã, quã si auerem sicut Abimelech, oblatam nõ fugerem. Ioan. 6. Ad crucẽ requirẽtibus nõ occurrerem. Est qui quęrat de quo Paulus, propter quod deus pater sup exaltauit illũ: & dedit illi nomẽ &c̃. Et rursus. Ipse est qui cõstitutus est a deo patre iudex viuorum & mortuorũ. Vnde illud. Ego sum q̃ sum Absꝙ tuo imperio nõ mouebit quisꝙ manũ aut pedem Genes. 41. Est qui quęrat & inquirat, o filij aduratricis semẽ adulterum & fornicarię filij, super quẽ lusistis, dilatastis ora velut a mẽtes, dicentes, Vah qui demolitis templum dei. Est & qui iudicet ideſt vlciscatur tot in me irrogata scomata, quãdo ego cũ lachrymijs & clamore valido orabam pro vobis, & iram iudicis flexi ad clemẽtiam. Si igitur non sanius
D sapueritis videte: ne deterius vobis cõtingat. Itaꝙ vos in honorastis me venum datũ decoro pręcio denariorum triginta. Pater exaltauit eductum de carcere & vẽtre ceti, & dedit mihi omne ius in cœlo & terra. Amen amen dico vobis, siquis sermonẽ meũ seruauerit. &c̃. De hoc dictum est ibi, beati qui audiunt verbum dei Luc. 11. Qui igitur tali pastus fuerit cibo mortem ęternam nõ videbit. Si enim lignũ vitę quod erat in medio paradisi vitam donabat: per multa sęcula, multo magis sermo christi trãsfusus in animę viscera, pręseruat eam ab omni corruptione. Dixerunt ergo iudęi. Nunc cognouimus ꝙ dęmoniũ habes. Ergo hactenus temere diximus, dęmoniũ habes, nõne benedicim?, sed vnde cognouerunt, Christum dęmonium habere? Quia verba eius manifeste falsa reputabãt, & impossibilia: illa videlicet: siquis sermonem meum &c̃. Sed sapere secundum carnem mors est. Qui enim vere sapiebat, verba inquit vitę ętęrnę sunt verba tua, quę seruãtes, cõseruabunt in vitam ętęrnã, quia mortem nõ videbit secundam. Abraham mortuus est: & prophetę mortui sunt, & tu dicis: siquis sermonẽ meum seruauerit, mortẽ non gustabit in ętęrnum? Nunquid tu maiores patrę
E nostro Abrahã: qui mortuus est: & prophetę mortui sunt? Quem te ipsum facis? Esse mortem primã & secundam, sicut resurrectionem primã & secundam, oibus palam est qui sacras litteras vel a limine salutauerũt. De morte secunda dicitur cuidam episcopo Apoc. 2. Nomẽ habes ꝙ viuas, & mortuꝰ es. Et Paulus. 1. Timo. 5. Vidua in delitijs viuẽs, mortua est. Et illud: qua hora comederis mortem morieris. Mors prima illa est, statutum est hoibus semel mori, Heb. 9. Quod siquis dicat esse tertiam mortem pęnę videlicet ętęrnę: de qua dicitur, sepultus est in inferno, Luc. 16. Et illud. Mors peccatorum pessima, nõ obsto, dum modo illud nobis cõcedatur, dominum Iesum de altera quidem morte loqui cũ

Prouer. 26. Prouerbiũ Augustin. Plutarch. Parisatis. Ioan. 2. Matth. 5. Hilarius. Aug. Cæ. Matt. 15. Plato. 1. Tim. 1. Apo. 20. c. 21. & 2. C. Gene. 2. Psal. 33

Matt.8. dicit, mortē nō videbit in ęternum: & de altera iudęos intelligere, quādo dicūt, Abrahā mortuus est. Et obserua ꝙ christus dixit, mortem nō videbit, illi aūt repetūt dicētes, mortem nō gustabit. Christus p verbum videbit significauit mortē spiritū actione immaterialissima qualis est visio. Iudęi cęci de morte corporis intelligētes, actionem materialissimam qualis est gustus, repetūt: dicētes, nō gustabit. Potest autē dici cōgruēter: ꝙ mors secūda de qua dñs dicit: dimitte mortuos sepelire mortuos suos: est quidam (vt ita dicam) gustus & delibatio mortis tertię & ęternę. Vnde illud. 2. Paralip. Cap. 21. De rege impio Ioram. Percussit eū dñs alui lāgore insanabili, Cūq; dies succederet dies, & tēporum spacia voluerētur, duorū annorū expletus est circulus, & sic lōga cōsumptus tabe, ita vt egereret etiam viscera sua (qualis em vita talis & mors) lāgore pariter & vita caruit, mortuusq; est in infirmitate pessima, quia de morte mala & secunda: quā hic gustarat biennio, trāijt ad tertiam & ęternam, vnde sequitur, & nō fecit ei populus iuxta morem cōbustionis exequias, quia deletus erat de libro viuētium Psal. 68. Vide autē quomō vere ratores boni isti sui similes esse pergūt: dicētes, nūc cognouimus ꝙ dęmonium habes, nūc reuera penit? mētem perdiderūt. Sicut enim accepta cōtumelia bonus fit melior, dicit enim Paulus, diligētibus deum oia cooperātur in bonum, & illud, bonū mihi quia humiliasti me, ita accepto beneficio, vęsanus fit insolētior: sacrassatus enim recalcitrat. Deut. 32, Abrahā inquiūt mortuꝰ est, & prophetę, quis est enim homo qui viuet & nō videbit mortem? Psal. 88. Si Abraham eam vidit & Isaac & Iacob & Moses & Aarō, & Sāson & Iosue qui stare fecit solem, & Ezechias, qui solem itē retrocedere fecit, dño obsecūdante

Rom.8

Mors. 5. Aeg. 1. volūtati eius, 4. Reg. 20. Si Dauid vir iuxta cor dei ingressus est viā vniuersę carnis, qui tamē sermonem dei seruauit, sicut oēs hi quos recēsuimus, num tu maior es his oībus, qui vere mortui sunt? Quē teipsum facis? Dicēdo tātū videlicet esse sermonis tui, vt seruatus, seruet a morte. Fabri cū sis filius. Erige tibi stamodo alijs promittis quod nō sunt cōsequuti viri ad vnguem iuxta cor dei? Quomodo alijs promittis, quod ipse nō habes? Qui similis nobis per oia videris. Quē teipsum facis, qui id ꝓmittis quod solius dei est? Nūquid tu maior est patre nostro Abrahā? Debebāt inferre: nūquid tu maior es deo (cuius sermo seruatus, nō prohibuit quin moreretur Abrahā & prophetę omnes, cui dicas, siquis sermonem meum & cē) sed passio impediuit cognitionem veritatis & ordinē cōsequentiamq; sermonis. Respōdit Iesus, ad illud quē teipsum facis. Si ego glorifico me ipsum: gloria mea nihil est. Est pr me? quig; glorificat me: quē vos dicitis, ꝙ deus vester est: & nō cognouistis eum, ego autē noui eum. Et si dixero ꝙ nō scio eum, ero similis vobis mēdax. Sed scio eum: & sermonem eius seruo. Abraham pater vester exultauit vt videret diem meum: vidit & gauisus est. Ad illud rel pōdet, nūquid tu maior es, &c. Ad hęc igitur tam insanas cōtumelias sic respō. um suum temperauit dñs Iesus, vt quoniā nōdum erāt capaces cęlestis mysterij, sub indicaret quidem se maiorem esse prophetis: & ipso Abraham, & idem se ex diuina potētia posse prestare re quod verbis pollicebatur, cęterum apud rudes arrogātię specie vitaret, & cōmotos crabones: amplius nō irritaret. Si ego inquit glorifico meipsum &cē. Ille teipsum glorificabat: qui pēnas pulchriores explicabat etiā extra nidum dicēs. Nō sum sicut cęteri. Itē ille qui pręcepat omnes deos exterminari de terra, vt ipse solus dicetur deus ab ijs nationibus quę potuissent Holophernis potētia subiugari. Ad dñs Iesus nō suam sed patris gloriam quęrebat. Patris autē & filij & spiritꝰ sancti vna est diuinitas, ęqualis gloria, cęterna maiestas. Lactātius. Christus dei filius veniēs veritatem docere, fidelitatem patri suo exhibēs, illud in primis docuit quod Moses, & populus primum audiuit a deo videlicet audi israel, dñs deus tuus deus vnus est.

Luc. 18. Iudith. 5

Lactantiꝰ

Exo. 20. Deut. 6. Vnde dñs Iesus nunq; se deum dixit, licet diceret se esse Messiam, Ioan. 4. Et remunerauerit cōfessionem Petri dicētis tu es christus filius dei, Matt. 16. Et verba Thomę dicētis, dominus meus & deus meus, & dixerit inter orādum, hec est vita ęterna, vt cognoscāt te solū deū verū, & quem misisti Iesum christum. Ioan. 17. Nō enim seruasset fidelitatem, si missus: vt deos tolleret de terra (quorum numerus infinitus erat etiam apud iudęos tempore Manasses) & vnum assereret, induceret alterum prętergere. Et propterea licet deus esset, cui nō erat rapina vt diceret se patri ęqualem & cōsubstātialem, nouit tamē deus vocari in terra, sed filius hominis: idq; sępe sępius, sicut patet per totum de cursum euāgelij. Nō igitur glorificauit teipsum vt pōtifex fieret, imo interdixit apostolis ne alicui dicerēt, ꝙ ipse esset Iesus christus. Et tribus ne dicerēt visionem quā viderāt in mōte, Matt. 17. Quod tamē verbis noluit dici & vulgari in populo, operibus & re ipsa euidēter ostēdit. Nō igitur ipse se glorificauit pater tamē? mirac ulis & cęlestibus signis doctrinam eius cōfirmauit de cœlo, dicēs, ipsum audite. Quod si more humano gloriam mihi arrogarem apud homines: inanes esset hec gloria quę pręterit velut vmbra. Nabucodonosor enim heri caput suum exaltabat supꝰ nubila, hodie fęnum sicut bos comedebat. Heri Christꝰ audiuit: o rex israel, hodie audit, nō habemus regem pręter Cęsarem. Verūtamē si gloriam affectare

Iohan. 20. 4. Reg. 21 Phill. 2. Hebr. 5 Matth. 16 Dani. 4. Matt. 21. ab hoibus mēdicarem illam est enim in cælis pater meus qui glorificat me, quoties resfert, & glorificabit, si ita res tulerit, quem vos dicitis ꝙ pater vester est, verum sicut exaltātur cęli a terra, ita exaltantur K vię eius & cogitationes suę a vestris, quia reuera nō cognouistis eum: sed quem ore cōfitemini, factis negatis. Ego autem noui eum, nemo enim nouit patrem nisi filius, & cui voluerit filius reuelare. Et si dixero ꝙ nescio eum &c. Et dominus Iesus cum sit veritas, mētiri nescit: mētiri nō potest, sed nec mēdacium dicere, & sermonem eius seruo, sicut alias diximus exponētes illud, inueni Dauid filium Iesse virum iuxta cor meum: qui faciet omnes volūtates meas. Cęterū ꝙ Abrahā laudibus plusq; satis est supastra extollitis (quo autore generis vestri gloriamini, a cuius moribus longissime ab estis) interim mihi inuidentes,

Actu. 13

